




(67-49)

NL 1⁽⁴⁾ 8°

Kom. 2018v







Exxvii 293

Bald nach dem diſen Protonotario außgeſchrieben, ſah die Official
bey ſ. Hochn. Velt außgeſchrieben, daß dem Hiſpaniſchen Jacob
Weyß dieſen Vorſatz vor dem Jamburſch in unter, ayo em dem
wiltſch, dazgen die Acten nun Supplication in hergeben, und
auch die Freyheit der Vorſatzes geſchrieben (welche zu ſehen iſt in
unſerem Collecionei gedancken bey Nyl in Folio Tom. 1. n. 29,
dies von ſ. Velt dieſen außgeſchrieben, iſt nicht außgeſchrieben,
dies aber iſt nicht bekannt, daß in ſolchigen 1672 B. Jafon auß
dem Landtag zu Graudentz, ad inſtantiam Georgii Michaelis
Ciecholejski, Abbatis Polſchenſis et Archiepſcis gedancken
ex Deo Conſanguineo et Ordine Terrarum Pruffie dinstalt
auch die Marchen ſtandlich vor dem unſerem; dazgen co-
dem anno 3. Nov. Acten in demſelben bey Notario Freytag
nun Maniſtation außgeſchrieben, darmit die ſolgendem Jafon

8. Juny auß dem unſerem außgeſchrieben diſer Inſalt.
Maniſtation et reſpective Proteſtatione Generoſi et Conſultiſſimi
Elite Conſtantie de Treuen Schroeder, Ch. et Cui gedancken.
Anmerkender In ceſarandi Libros cuiuscuſque Facultates
Nobilitatis et Ampliſſimo et enatus in Cibiſtate hae ge-
dancken compeller inſinuator Admodum Reverendo Demo
Joanni Juſſenio Reverabilis Conſistorii gedancken In
diei unogato et Praerogato Leobarenſi per Nobilem
Rodolphum Richardum Freytag à Loringshave, Nota-
rum Publ. Regum d. VIII. menſis Junii Anno d. M. DC. LXXIII.
auch bey Maniſtatione nun in Nyl und Joan. velt unſerem
nach in Collecionei in Folio, in Catalogo N. 114. b. In Act.

Das sind; und zwar ist die letztere Manifestation in
occasione eines von Casanoffen Hr. Gott Casimiro Gar.
torystki in der folgenden Citation, daß er sich vorandere
been, einen neuen andern wieder den Dantzig official
Zur Extradition freitig Sabandem Scripsi.

EXXVII 273

39
PRODROMUS
APOLOGETICI,
Cum annexis Documentis
scitu necessariis;

Contra

Calumniosos Venerabilis Consistorii Ge-
danensis Officiantes, præcipuè

JOANNEM FRIDERICUM LERCHENFELD,

Antehac Organarium Templi in Pago Episcopa-
li Schottlandensi, nunc Scultetum in Pago Epi-
scopali Hoppenbrocensi, & præfati Consisto-
rii Notarium Temporarium;

Ad

EMINENTISSIMOS AC REVERENDISSIMOS

Sacrae Congregationis Negotiis Episcoporum

& Regularium Præpositos

S. R. E. CARDINALES

Scriptus

ab

ELIA CONSTANTIO DE TREWEN

SCHRÖDER DICTO DANTISCANO

J.C. ET SAC. REG. MAJESTATIS POLONIÆ

SECRETARIO.

ANNO M.DC.LXXII.



FAMA HOMINIS inæstimabilis est, per *l. si in ducibus. 104. ff. d. r. j.* Andr. Gail. *Practic. observat. lib. 1. observ. 123. num. 5. maximumq;* Bonum, Franc. Anton. à Sousa in *Relect. de Consur. Bullæ Coenæ cap. 13. disp. 70. num. 3. ac melius quàm Divitiæ multæ, per l. Julianus. 26. in princ. & ibid. Dd. ff. Si quis omiſſ. caus. testam.* Bartol. in *l. Quidam consulebat. 57. col. 1. vers. Prætereà. ff. de Re judic.* Philipp. Matth. ad *d. l. 104. num. 6. ff. d. r. j.* Gregor. Sayr. in *Clavi Regialib. 11. cap. 3. num. 1.* Stephan. Gratian. *Discept. Forens. Tom. 5. cap. 875. num. 21.* Dec. *Consil. 310. col. 1.* Joan. Petr. Surd. *lib. 1. Consil. 68. num. 17. atq;* juxta Baldum in *l. Confessos. un. col. 3. C. de Confess.* Thesaurus inæstimabilis Hominis, & jucundus, & odorem dat sicut Liliū; repent. Crot. *Consil. 33. in fin.* & Joan. Petr. Surd. *loc. cit.* & Odor bonus, bona Fama est, ut inquit D. Augustin. *de Doctrin. Christian. l. 3. cap. 12. Tom. 3. Oper. ejus pag. 23. col. 1. Edition. Antwerp. Plantin. Anno 1576.* Unde damnū Honoris gravius est pecuniario, per *d. l. 104. ff. d. r. j.* & *l. Isti quidem. 8. §. fin. ff. Quod met. caus.* Aym. Cravett. *Tom. 1. part. 1. Consil. 119. num. 2.* & major Famæ, quàm omnium Bonorum jactura, per *d. l. Julianus. 26. in princ. ff. Si quis omiſſ. caus. testam.* & *l. In servorum. 10. §. fin. ff. de Pæn.* Andr. Gail. *Practic. observat. lib. 2. observ. 100. num. 3.* etiām Oculorum amissione; per *l. Infamia. 8. C. de Decurion.* adeoq; Honor ac Vita Hominis à pari procedunt, ita ut non minori cura & studio Honor, atq; Famæ integritas, quàm Vita ipsa cordi esse debeat; per *d. l. Isti quidem. 8. §. fin. ff. Quod met. caus. & l. justa 9. in princ. ff. de Manumiss. vind. & l. Reprehendenda 5. C. de Instit. & substit.* Jason. *in l. Ut vim. 3. num. 36. ff. de j. & j.* Petr. Gerard. de Petra *Sancta Singul. 1. num. 9. & Singul. 33. num. 4. ac Singul. 82. num. 7.* Marc. Mantua *Singul. 383. per tot. Dec. Consil. 687. num. 8. & seqq.* Andr. Gail. *cit. lib. 1. Observ. 64. num. 2. & Observ. 123. num. 6. & lib. 2. Observ. 100. num. 6.* atq; sic mortaliter peccat, qui Famam suam jure non defendit, *cap. Non sunt audiendi. XI. q. 3.* inò, Qui fidens Conscientiæ suæ negligit Famam suam crudelis est; dicente S. Augustino in *Serm. de disquisit. & Commun. Vita Clericor. cap. 1. Tom. 10. Oper. ejus pag. 519. Col. 1. Edit. Antverpiens. Plantin. Anno 1576.* & post eum Gratiano in *cap. Nolo. XII. q. 1.*

EMINEN-

EMINENTISSIMIS AC REVERENDISSIMIS³
Sacrae Congregationis Negotiis Episcoporum
& Regularium Praepositis

S. R. E. CARDINALIBUS

Elias Constantius de Trewen Schröder
dictus J. C.

Felicitatem precatur!

Quod M. Marcellus ex Manubiis Siciliensibus,
^α C. Marius de Cimbricis & Teutonicis
^β VIRTUTI & HONORI Aedes in Urbe
olim exstruxerunt ac dedicaverunt; Divus Sixtus
V. Papa γ pietissime in Consistorio Sacrae Con-
gregationis Episcoporum & Regularium constituit,
VIRTUTIQUE ac HONORI vestro, EMINEN-
TISSIMI AC REVERENDISSIMI S. R. E. CAR-
DINALES, attribuit. Pietas & Doctrina Vestra
Eminentissima VIRTUTIS & HONORIS nomi-
na meruere; ut ECCLESIAE ROMANAE LUMI-
NA, LUCERNAE ARDENTES, COLUMNAE, ac
PATRES SPIRITUALES MAXIMI δ justè appel-
lemini. Lacesitus ego, atq; pro conservatione in-
tegrae FAMAE MEAE congregari tandem cum Hosti-

bus calumniosis adactus, votum concepi, juxta Fulvium comite Ennio cum Ætolis bellantem manubias Martis MUSIS Vestris, & atq; secundum Marcellum in bello Gallico ad Clastidium ꝯ VIR- TUTI ac HONORI Vestro consecrare. Cùm verò pugnam aciei præcedat velitatio; modò PRODROMUM APOLOGETICI præmitto, Vo- bisq; EMINENTISSIMI AC REVERENDISSI- MI S.R.E. CARDINALES, eum devoveo. Admit- tite, suscipite ipsum in Patrocinium Vestrum, & contra ictus occultos malevolorum defendite. Spes mea in Justitia, & Victoriâ in Gratia Vestra; quibus me humillimè ac devotissimè comendo! Gedani Prutenorum Calend. Junii. M. DC. LXXII.

1. T. Liv. *Histor. lib. 29. cap. 11.* Val. Maxim. *Lib. 1. cap. 1.*
 M. Tull. Cic. *lib. 2. de Nat. Deor. Tom. 4. pag. mibi 223.*
 P. M. Vitruv. Poll. *de Architect. lib. 3. cap. 1. & Lib. 7. in præ- fat.* Joan. Rosin. *Antiquit. Roman. lib. 2. cap. 18. v. In Con- stit. 74. incip. immensa. Cal. Febr. 1587. apud Laert. Cher- rub. in Bullar. Tom. 2. pag. 611. aliàs pag. 465. in norvis. im- press.* Augustin. Barbof. *in Summa Apostolic. Decision. sub Rubricâ Congregatiopro Negotiis Regularium. Collect. 213.*
 2. Hieronym. Manfred. *in Tract. de Cardinalib. Decis. 43. 53. 54. & 69.* Augustin. Barbof. *de jure Ecclesiast. lib. 1. cap. 4. num. 7.* 3. M. Tull. Cic. *in Orat. pro A. Licin. Archia Poeta. Tom. 2. pag. mibi 390.* 4. T. Liv. *Histor. lib. 27. cap. 27.*

LECTORI

ÆQVO ET CANDIDO

Elias Constantius de Trewen Schröder dictus J. C.

S. P. D.

Quod Joannes Matienzo in *Tract. de Referendarior. Advocator. & Judicum Officio, Requisitis &c. part. 3. cap. 7. num. 2.* scribit; *Leges sacrosq; Canones callere oportet eum, qui judicandi munus obtinuerit; Istud olim Justinianus Imperator Novell. 82. in prafat. (Quam & Jacob. Menoch. lib. 1. Consil. 100. num. 248. allegat ac interpretatur) indigitavit: Non existimavimus oportere habere Judicum quorundam nomina, maxime Legum in-eruditorum, deinde, neq; causarum habentium experimentum. Et paulò infrà: Illi autem neq; cingulum habentes, neq; nobis ministrantes, nisi potuerint per se nosse quod justum est, sed aliundè emendicare judicandi honestatem: Quomodo non maximum vitium erit Reipublica, non eis qui ex se quod agendum sit sciant, lites tradere, sed sinere eos quarere alios, à quibus liceat discere, quæ ipsos in judicando eloqui decet? Memorabile igitur dictum Leonis Episcopi epist. 22. ad Clerum & Plebem Urbis Constantinopolitana: Si in Laicis vix tolerabilis videtur INSCITIA; quantò magis in iis, qui presunt, nec excusatione digna est, nec venia? quemadmodum id repetunt Gratianus cap. si in Laicis, dist. 38. Anselm, lib. 7. cap. 119. Polyc. lib. 4. tit. 4. & in Annotationibus ad cap. Qui Ecclesiasticis, dist. 36. dicitur: Non sufficit Prelatis bona conversatio, & morum honestas, nisi addatur scientia, doctrina. Hinc cap. Vilissimus, l. q. 1. Symmachus Laurentio Mediolanensi Episcopo: Vilissimus computandus est, nisi*

*præcellat scientia & sanctitate, qui est honore præstantior. Ignorantia enim mater cunctorum errorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est, per text. cap. Ignorantia. dist. 38. Burchard. lib. 1. cap. 100. Ivo. part. 5. cap. 202. Anselm. lib. 7. cap. 144. Dec in cap. Cum in cunctis. num. 11. de Elect. Bald. in cap. congregato. col. ult. tit. eod. Stephan. Gratian. Disceptat. Forens. Tom. 1. cap. 186. num. 51. Scriptum præfens, PRODRUMUS APOLOGETICI nuncupatum, haud censendum Censuram quandam Morum, aut Capacitatis Viri Prælati Religiosi fungendi munere Officialis & Vicarii in Spiritualibus continere; dum cognitio de illis competit Ordinis Generali, Erasm. à Chokier in Tract. de Jurisdictione Ordinarii in Exemptos. Tom. 1. part. 1. quest. 17. num. 22. Augustin. Barbof. in Collectan. Dd. in SS. Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. de Reformat. num. 50. siue ipsi summo Pontifici est reseruata, Erasm. à Chokier. cit. Tract. Tom. 1. part. 2. quest. 5. num. 12. & Tom. 2. part. 2. de Conservatoribus Ecclesiasticis. quest. 41. n. 8. præter casus in SS. Concilio Tridentino Sess. 6. cap. 3. de Reformat. & Sess. 25. cap. 14. de Reformat. & in Bulla B. Clementis VIII. Papæ lata Anno 1595. VII. Calend. Martii, Anno Pontificatus eius V. relata à præfato Eras. à Chokier cit. Tr. Tom. 1. part. 1. quest. 17. num. 29. exceptos, & Jurisdictioni Loci Ordinarij concessos; Erasm. à Chokier cit. Tract. Tom. 1. part. 1. quest. 17. num. 12. 13. & 14. de quibus etiam fusè loquuntur Acta & Constitutiones Synodi Dioecesanæ Vladislaviensis habitæ & celebratæ Die 3. Septembris Anno 1586. Præsidente Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Hieronymo Comite à Rozdrazovv Dei Gratia Episcopo Vladislaviensi & Pomeraniæ, sess. 1. cap. 15. De hac autem, videlicet Capacitate Vicariatus Generalis Episcopi Decisio est Sacræ Congregationis Episcop. & Regul. in Motulana 8. Maij 1615. teste Aldano in Compendio Canon. Resolut. lib. 1. tit. 83. num. 12. & referente Augustino Barbosa in Summa Apostolic. Decision. Tit. Vicarij Generalis
 Epi-*

7

Episcopi. Collect. 713. num. 1. hisce verbis: Vicarius Generalis Episcopi debet esse Clericus secularis idoneus, & Episcopus non debet id munus per Regularem exerceri facere. Neq; deducere Prodromus hic intendit, quod Vicario Generali nulla portio poenarum assignari potest, iuxta Decisionem Sacrae Congregat. Concil. Trident. in Albanen. 5. Februarij. 1618. apud Aldan. in alleg. Compend. Canon. Resolut. lib. 1. tit. 43. num. 18. & August. Barbof. loc. cit. num. 9; Nec enarrat singulas Nullitates & Contraventiones Juris Communis Canonici & Civilis, atq; Provincialis Synodalis, in latis Decretis commissas; Nectemerè arrogatam usurpatamq; Jurisdictionem S. Sedis Apostolicæ propriam, absq; Facultate & Auctoritate delegata cognoscendi ac puniendi Crimen & Casum Soli S. Sedi Apostolicæ reservatum; Nec Irregularitatem per latis & ex Ambonis publicatas Excommunicationes contractam; Nec convulsionem & violationem Privilegij Regij, per prohibitionem comminatoriam Officium Notariatus Publici Regij exercendi, secundum Relationem executæ Protestationis, factam; quæ & alia plura subsequetur ipse APOLOGETICUS singulatim & nominatim deducet; Sed clypeo sub Protestationis solennissimæ summariam saltem complectitur querelam Iniuriarum Calumniarumq; nefariè ac scelerè AUCTORI PRODROMI HUIUS INNOCENTISSIMO illatarum; cui adjungit Vilipendium Juris, eiusdemq; Remediorum, dum Perillustris ac Reverendissimus Frater GEORGIUS MICHAEL CIECHOLEWSKI ABBAS Pelplinensis, Sacri Ordinis Cisterciensis, Vicarius in Spiritualibus & Officialis Gedanensis, & per Pomeraniam Generalis, non solum per Cursores Venerabilis Consistorij Gedanensis Bartholomæum Gangelmejerum magna frequentia hominum adstante, in loco Audientiarum solito, insinuatam Protestationem

testationem infra scriptam, & alias quascunq; , NUGAS appellavit, minutimq; eam coram ipso Regio Notario Publico Nobili Rudolpho Richardo Freitagio de Löringshave Executore Testibusq; eius adhibitis Spectabilibus Gothofredo Deubnero & Simone Levvio dilaceravit, uti Relatio insinuatæ Protestationis huius testatur; sed præsentibus etiam Viris Clericis ac Nobilibus ipsemet verba hæc inquinata dixit: NIHILI ÆSTIMO PROTESTATIONES QUASVIS, ET AD ALIUD (quod Verecundia & Honestas exprimere Auctorem vetant) FAMULIS MEIS USURPARE MANDO. Vah! impudentiam & spurcitiem! detestandam in plebeio! quid non Religioso? quid non Prælato? In jure & Juris apud Doctores PROTESTATIO dicitur Declaratio animi Protestantis, Juris alicuius acquirendi vel conservandi, aut damni cuiusdam depellendi causa, facta, per text. l. *Et si quis. l. 4. §. Pleriq; 8. ff. de Religios. & sumptib. funer. l. Nefennius. 3. 4. ff. de Negot. gest. l. Pro herede. 20. §. Et idem. 1. ff. de acquir. vel omitt. heredit. l. His, qui tempore. 2. C. de His, qui per met. jud. non appell. Andr. Alciat. in l. Detestatio. 40. in princ. ff. d. V. S. M. Anton. Natta Tom. 3. Consil. 627. num. 9. Aym. Cravett. part. 4. Consil. 671. num. 4. Jacob. Menoch, lib. 2. Consil. 115. num. 38. Joan. Petr. Surdus lib. 1. Consil. 143. num. 42. Joseph. Mascard, de Probation, Volum. 3. Conclus. 1249. num. 21. vel iuxta Bartol. in l. Non solùm. 8. §. Morte. 6. num. 11. ff. de oper. nov. nunciat. est Denunciatio cum detestatione: Et ea facienda est ab eo, quem ipsum negotium tangit, ut per Palac. in Repet. cap. Per vestras. de Donat. int. vir. & Uxor. §. 27. num. 15. August. Barbos, in cap. Pastoralis. §. Prætereà. num. 14. de Offic. Judic. Ordin. atq; sufficit, si Protestatio, videlicet Declaratoria animi, actusq; tendens ad sui exonerationem, fiat simpliciter, & sine testibus ac partis citatione, prout latè per Bartol. ad cit. l. Non solùm. 8. §. Morte. 6. num. 15.*

Et ibid. Rub. n. 182. 235. Et 241. ff. de Oper. nov. nunciat. Ripain
 cap. Cùm M. Ferrariensis. num. 106. de Constit. Dec. Consil. 229.
 num. 3. Jacob. Menoch. lib. 1. Consil. 28. num. 21. & lib. 3.
 Consil. 230. num. 58. Cephal. Consil. 110. num. 18. Joan. Petr.
 Surdus lib. 1. Consil. 136. num. 50. idq; ideò, quod voluntatis
 Declaratio fieri potest parte absente; per l. Pomponius. 9. ff.
 de Negot. gest. d. l. Pro herede. 20. in princ. ff. de Acquir. vel omitt.
 hered. Abb. in cap. fin. col. 5. de Confess. Bartol. in l. certum. 6. §. Si
 quis absente. 3. ff. eod. & in d. l. Nefennius. 34. ff. de negot. gest. Ale-
 xand. lib. 1. Consil. 130. & lib. 5. Consil. 146. col. 4. Dec. Consil. 35.
 col. 2. & Consil. 181. col. 2. ac Consil. 297. col. 2. post medium. Aym.
 Cravett. part. 1. Consil. 148. num. 11. Joan. Petr. Surdus lib. 1. Consil.
 136. num. 50. aliàs Protestatio & Reclamatio non valet, nisi fiat no-
 tificatio & intimatio parti; per Authent. Si omnes. C. si minor ab
 heredit. se abstin. Flamin. Paril. de Resign. benefic. lib. 13. quest. 1.
 num. 195. Et seqq. Thom. Sanchez de S. Matrim. Sacram. lib. 2.
 disp. 45. num. 19. Anton. Gam. Decis. 275. num. 3. Jacob. Menoch.
 lib. 1. Consil. 38. num. 4. Et 5. Aym. Cravett. part. 1. Consil. 120. num. 5.
 Imò Protestatio clandestina & absq; Citatione partis non juvat,
 præcipuè si fiat ex causa aliqua, per l. Aut qui aliter. 5. §. 1. Et 2. ff.
 Quod vi art. clam. Bartol. in d. l. Non solum. 8. §. Morte. 6. num. 28.
 Et ibid. Rub. num. 308. ff. de oper. nov. nunciat. Jacob. Menoch.
 d. lib. 1. Consil. 38. num. 3. Et 4. Aym. Cravett. cit. Part. 1. Consil. 120.
 num. 15. Stephan. Gratian. Discept. Forens. Tom. 3. cap. 524. num. 33.
 Et 34. nisi adsit justus metus Protestantis, quo minus coram parte
 præsentem protestari audeat, aut nullum adsit præjudicium Par-
 tis, tùm equidem valet Protestatio secreta, æquè ac si Parte præ-
 sente vel consentiente facta fuisset; Bartol. & ceteri Dd. com-
 munitè in d. l. Qui in aliena. 6. §. ult. ff. de Acquir. vel omitt. here-
 dit. Bald. in l. Clari. C. de Fidei commiss. Dec. in cap. Causam matri-

monij. col. 3. versic. Et retenta communiconclusionone. de Offic. deleg.
 August. Barbof. *ad cap. Perlatum. num. 5. De ijs, que vi met. caus.*
funt. & in Repertor. pract. conclus. Jur. Civ. & Canon. Lit. P.
verbo, Protestatio. Socin. Sen. lib. 2. consil. 263. num. 8. Alexand.
lib. 3. consil. 16. col. fin. ad med. num. 11. & 12. Curt. Jun. Consil. 126.
col. 2. ad fin. Aym. Cravett. part. 1. consil. 120. n. 6. Jacob. Me-
noch. lib. 4. consil. 308. n. 23. Stephan. Grat. Discept. Forens. loc.
proximè allegato. Et sic Protestatio etiam, præsertim Reseruatoria
operatur, ut cuncta Jura Protestantis sint salva, per d. l. & s
quis. 14. §. Pleriq. 8. ff. de Religios. & sumptib. funer. & d. l. non so-
lùm. 8. §. morte. 6. ac ibid. Bartol. Jas. & Castr. ff. de oper. nov.
nunciat. & d. l. Pro herede. 20. ff. de Acquir. vel omitt. hered. & l.
si debitor. 4. §. Si in venditione. 1. ff. Quib. mod. pign. vel hypothec.
solv. Gloss. in l. Item Labeo. 22. §. Sed etiam. 3. in verbo, Si purè. ff.
Famil. ercisc. Specul. in Tit. de Arbitro & Arbitrat. §. fin. num. 69.
vers. sed pone. Castr. in l. Lex Falcidia. 1. n. 7. ff. ad Leg. Falcid. Ja-
son. in l. Fundum per Fidei commissum. n. 17. ff. de Legat. 1. August.
Barbof. in Repertor. pract. conclus. Jur. Civ. & Canon. loc. citat. ac
in votis Decisv. & Consultiv. Canon. lib. 1. vot. 5. num. 20. Anton.
Faber. in Cod. suo lib. 4. tit. 36. defm. 5. & in allegat. num. 3. ac lib. 6.
tit. 11. defmit. 41. in alleg. n. 3. atque lib. 7. tit. 7. defm. 3. in alleg. n. 2.
nec non lib. 8. tit. 30. defm. 51. in alleg. n. 1. Joan. Petr. Surdus de
Aliment. tit. 6. quast. 3. n. 43. & quast. 4. n. 6. ac tit. 9. quast. 26. n. 136.
atque Decis. 246. n. 11. Steph. Grat. Discept. Forens. Tom. 1. cap. 141.
num. 18. & Tom. 2. cap. 246. n. 28. Oldrad. Consil. 237. in fin. Socin.
volum. 4. Consil. 44. n. 4. Dec. Consil. 24. in fin. Alexand. vol. 4.
Consil. 130. col. pen. n. 13. & 17. Becius Consil. 45. num. 43. Honded.
vol. 1. Consil. 89. n. 11. Aym. Cravett. part. 4. Consil. 662. num. 29. &
part. 5. Consil. 974. num. 17. ac part. 6. Consil. 995. n. 7. Jacob. Me-
noch. lib. 1. Consil. 75. n. 69. & lib. 2. Consil. 156. n. 42. ac lib. 9. Consil.

811. n. 18. & 73. Hieronym. Treutler. vol. 1. Consil. 16. num. 15. Joseph. Mascard. de Probation. Conclus. 1249. num. 22. Benedict. Carpz. Jurisprud. Forens. part. 1. Constit. 17. defn. 16. n. 6. dñm jus suum cuivis in tuto collocat, per d. l. Si debitor. 4. §. Si in venditione. 1. ff. Quib. mod. pign. vel hypothec. solv. Bennint. Decis. Boron. 72. n. 5. Port. Consil. 61. n. 40. & Consil. 177. n. 3. Cephal. Consil. 296. animumque ab actu, qui fit, tollit ac removet; d. l. Et si quis. 14. §. Pleriq. 8. ff. de Religios. & sumpt. funer. & d. l. Qui in aliena. 6. §. Celsus 7. ubi Bartol. ff. de acquir. vel omitt. hered. Fulv. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 11. n. 50. Bursat. Consil. 21. n. 30. & Consil. 40. n. 19. Matth. Wesembec. Consil. 4. n. 99. Hieronym. Treutler. loc. cit. adeò, ut protestatio talis simplex & contradictio sufficiat, ne videatur quis consentire actibus præcedentibus, licet ordinariè non impugnet, imò omnem ea consensum tollat; juxta Abb. in cap. Licet multum. de Restit. Spoliat. Salycet. in l. Si quis ad se fundum. 7. n. 8. C. ad Leg. Jul. de vi. Castr. in l. Si de vi. 37. n. 4. ff. de judic. August. Barbos. in Repertor. præct. Conclus. Jur. Civ. & Canon. loc. cit. Quod & in Protestatione Derogatoria locum obtinere asserunt Idem Cast. ad l. Pacta novissima. 12. C. de Pact. Joan. Petr. Surd. Decis. 154. n. 19. Gabriel. Volum. 2. Consil. 117. n. 3. Purpurat. Consil. 245. n. 2. Et quæcunque sit facienda Protestatio, intra tempus congruum, hoc est, infra decem dies facienda, ut testantur Augustin. Barbos. in cap. Accedens ad sedem. n. 8. Ut lit. non contest. & in cap. Si justus. n. 23. de Appellat. Sigismund. Scacc. de Appellat. quest. 6. num. 11. & quest. 12. n. 107. dummodò locus sit liber, ac tutus, & in quo copia Notarij, sicuti id Limitat Jacob. Menoch. lib. 13. Consil. 1227. n. 8. atque tum potissimum, inspiciendum, non quid Protestans fuerit locutus, sed quid senserit; arg. l. Divus. 15. §. Item Senatus. 2. ff. ad Leg. Cornel. de fals. l. ubi. 19. §. Te rogo. 1. ff. ad S. C. Tum Trebell. & l. nominis. 6. §. Ver-

bum. 1. ff. d. V. S. Bened. Carpzov. loc. cit. part. 1. Constit. 19. de fin. 22. num. 7. Factæ autem Protestationi præsens quando aduersa pars non contradicit, consentire & acquiescere Protestationi illi censetur; Gloss. in *l. Si Fidejussor. 7. in princ. in verbo, Recusare. ff. Qui satisd. cogant. Præpos. in cap. Solitudinem. col. 2. versic. Sexto fallit. de Appellat.* August. Barbof. in *Repertor. pract. Concl. Jur. Civ. & Canon. loc. cit.* Jacob. Menoch. de *presumpt. lib. 2. Presumpt. 46. n. 5.* Aym. Cravett. de *Antiquit. Tempor. part. 1. §. Queritur etiam in hac materia. n. 29. p. m. 130.* Joan. Petr. Surd. *Decis. 32. n. 12.* Bald. *lib. 1. Consil. 318. Practica Civitatis.* Becius *Consil. 45. n. 45.* Roland. à Valle *vol. 4. Consil. 69. n. 30.* nam paria sunt Protestationi non contradixisse, vel eidem acquievisse, uti ponit Jason. in *l. fin. n. 4.* post Castr. *n. 6. ff. De eo, quod cert. loc. Dec. in cap. Cùm M. Ferrariensis. n. 23. de Constit.* Rota Bonon. *72. num. 5.* Joan. de Amic. *Consil. 110. n. 5.* Tantam meruère auctoritatem Protestationes in Jure, tantos effectus, ut Judicia præcedant ac comitentur, inchoent, & sistant; uti copiosius ac prolixius absolutissimus Tractatus meus DE PROTESTATIONIBUS, ASTRÆÆ UNIVERSI JURIS à me excultæ adjectus tradit. Quis igitur audeat asseverare, nisi juris planè ignarus, PROTESTATIONES esse NUGAS, & ad loca Officiaque obscœna ac inhonesta ablegandas? Pudenda verba! At, si TEMERITAS Venerabili in Consistorio Gedanensi FASTUM copulavit cum IGNORANTIA JURIS primo Gradu Affinitatis sibi junctos; Quid admiratione opus, quod & Personas in secundo gradu à SS. Concilio Tridentino *Sess. 24. cap. 5. de Reform. Matrim.* prohibito sibi conjunctas citrà Dispensationem S. Sedis Apostolicæ ad contrahendum matrimonium ob sordidum captandum lucrum admittat? Jacobus Menochius de *Presumption. lib. 2. presumpt. 86. n. 8. & 9.* (cui adstipulatur Stephan Gracian.

Discept.

Discept. Forens. Tom. 1. cap. 186. n. 51.) ita scribit: *Si Electus ad officium ut idoneus, reperitur deinde minus APTus & sufficiens, potest & debet removeri. l. Ut gradatim. §. Reprobati. ff. de Muner. & Honor. Itaque etiam Prælati minus sufficiens reperitus, debet deponi, ut inquit Gloss. in cap. 1. in verbo, Insufficientem. de Renunciat. in 6. Et idem Jacob. Menochius de Arbitrar. Judic. Quæst. lib. 1. quæst. 55. n. 13. 14. 15. & 16. post Roman. Consil. 467. in fin. Petr. Bellugam in Speculo Principum. rubr. 26. de Privation. Officior. §. Princeps n. 6. & 9. Andr. Alciat. in tract. de Præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 19. in fin. Causas justas removendi aliquem suo Officio ac munere dicit, & quidem Primam, quando OFFICIALIS suo in Officio negligens admodum est; l. ult. ff. ubi pub. educ. deb. l. Carceri. ff. de Custod. reor. & l. Si quos. C. de Offic. Præf. Præf. Vid. Idem Jacob. Menoch. cit. Tract. de Arbitr. Judic. quæst. lib. 2. cent. 4. Cas. 341. n. 3. 4. & 5. Secundam, quando prevaricatus est in ipso Officio, vel aliter contempsit Officium ipsum; & Tertiam, quando apparet insufficientis in exercitio illius Officij, cap. Quamvis triste. VII. quæst. 1. Magnos cruciatus, infirmitatesque maximas patitur Perillustris ac Reverendissimus Abbas Pelplinensis & Officialis Gedanensis ex Podagrâ, Chiragra & calculo: tum numeroso satellitio equitum, peditum & Monachorum suorum stipatus, sejugibusque vectus Gedano discedit, ac aliquot hebdomadis, nonnunquam aliquot mensibus, ac semianno aliquando & ultra, Venerabile Consistorium non respicit, sed homini Laico peregrinis & obscuris natalibus oriundo JOANNI FRIDERICO LERCHENFELD, hætenus Organario in Episcopali Pago Schottlandensi, & post combustionem Templi istius Scultero in Pago Episcopali Hoppenbrocensi, Affini ac Notario suo illud cum Sigillo suo, Blancetis & Jurisdictione committit; qui Studio Juris nusquam gentium incubuit, nec Institutiones Juris Civilis*

aut Canonici unquam audivit, minùs Corpora utriusque per-
 volvit, vel Doctorem quempiam super ea legit; sed pro modulo
 artis suæ hydraulicæ Levitatem & Nequitiam Mentis ac Ingenii
 sui exerit, Partes litigantes blandis verbis adit, persuadet, & super
 Causa lucranda, vel componenda aut transigenda paciscitur,
 quantum sibi, omnia in Venerabili Consistorio valenti, atque
 Perillustri ac Reverendissimo Officiali solvere debeant; & tamen
 ab illo frequentior vox (simulata) auditur, Tædere ipsum Offi-
 ciatatus & Vicariatus in Spiritualibus, nunciumque sæpiùs Illu-
 strissimo ac Reverendissimo Principi & Episcopo remisisse. Ego
 Judicium meum hisce non interpono, sed debito cultu id BEA-
 TISSIMO PATRI PONTIFICI MAXIMO, EMINENTISSI-
 MO CARDINALIUM COLLEGIO, SACRIS ROTIS, AC
 CONGREGATIONIBUS, TOTIQUE CURIÆ ROMANÆ
 & TIBI LECTOR Benevole & Candide, devotissimè
 ac humillimè permitto, & Me Gratia omnium
 commendo. Vale!

TO.

TO' ΔΙΑΔΙΚΑΣΜΑ

Generosi & Consultissimi Eliæ Constantij
de Trewen Schröder dicti Dantiscani J. C.
& Sac. Reg. Maiestatis Poloniae
Secretarij.

NEgligentius VERITAS quæreretur, si MEN-
DACES adversarios non haberet; ut dixit
Cardin. Sancti Sixti de Turre Crem. de Potestate Papæ
part. 2. lib. 4. cap. 1. & Joan. Jacob. de Leonardis de
Pisauro Comes Montis Abbatis inter Alberti Bru-
ni Consilia Feudal. Tom. 1. *Consil. 114. num. 1.* Interea
via CALUMNIIS præcludenda. *cap. Si de Calumnia.*
de Juram. calumn. in 6. Calumniari autem dicuntur,
non solum qui ipsimet falsa crimina scienter & ma-
litiosè intendunt, studio divexandi & infamandi
aliquem; *cap. Si quem. §. Notandum. II. q. 3. l. Accusato-*
rum. 1. §. Calumniari. 1. §. Sed non utiq. 3. ff. ad SCTum Tur-
pill. §. 1. Athletas. §. 4. Calumniator. ff. De his, qui not. in-
fam. Sed Calumniam quoq; incurrunt, qui ut se ex-
imant à periculo Calumniæ vel desertionis, diffi-
dendo crimini, quod movent, instigant Accusato-
rem, aut instruunt, aut submittunt, aut mandant
accusare; per text. d. l. Accusatorum. 1. §. Incidit. 13. ff. ad
SCTum Turpill. Petr. Gregor. Tholosan. in Syntagm.
Jur. Vniuers. part. 3. lib. 32. cap. 20. num. 2. Dignus igitur
pœnâ

pöenâ majori Calumniator, alterô quovis delinquente; *per cap. ult. & ibid. Innocent. num. 2. & Abb. de Calumniat. cum cætera crimina sine intentione atq; deliberatione committantur, Calumnia autem deliberatè ac pensatè: Jacob. Menoch. de Arbitr. Judic. quæstion. lib. 2. Cent. 4. Casu. 322. num. 14. & 15. Inde; hodiè CALUMNIATOR extra Ordinem, atq; sic Judicis arbitrio puniendus; cap. super his. & ibid. Augustin. Barbos. in Collectan. Dd. num. 4. de Accusat. l. Et in privatis. 3. ff. ad SCTum Turpill. Didac. Covarruv. Variar. Resolut. lib. 2. cap. 9. num. 1. Ignat. Lopez in Additionib. ad Bernard. Diaz Practic. Criminal. Canonic. cap. 65. num. 2. Verbo, Eadem pœnâ. Ægid. Bossius in Practic. & Tractat. Causar. Criminal. Tit. de Accusat. num. 17. & in Tit. de Prævaricator. Calumniat. & Tergi versat. num. 8. Jacob. Menoch. loc. cit. num. 2. ac de Jure Canonico Clericus Criminator privandus Officio, & verberibus publicè castigatus in exilium deportandus est, iuxta Textum cap. Quia. V. q. 6. & cap. Cum fortius. de Calumniat. Joan. Bernard. Diaz in Practic. Crimin. Canon. cit. cap. 65. num. 3. & Petr. Gregor. Tholos. cit. syntagm. Jur. Vni vers. part. 3. lib. 32. cap. 20. num. 7. Poenas, quas Perillustris ac Reverendissimus Fr. Georgius Michael Ciecholewski Abbas Pelplinensis, Sacri Ordinis Cisterciensis, Vicarius in Spiritualibus & Officialis Gedanensis,*

& per Pomeraniam Generalis, necnon Reverendus Simon Andreas Stockius antehac Judex eiusdem Surrogatus, atq; Joannes Fridericus Lerchenfeld falsissimas gravissimasq; ob criminationes & Calumnias mihi Infanti Eliæ Constantio de Trewen Schröder dicto illatas, quasi dictus Reverendus Simon Andreas Stockius Anno proxime præterito Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo Primo, die Decimâ tertiâ Mensis Martij hic Gedani instinctu, consilio, & suasu meo Spectabili Davidi Döringio Civi & Mercatori Gedanensi super Blanceto surrepto Dispensationem in secundo Affinitatis gradu sub falso fictoq; Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ in Regno Poloniae nomine scriptam dederit, commuerunt, **SANCTISSIMO PATRI PONTIFICI MAXIMO, ET VOBIS, EMINENTISSIMI AC REVERENDISSIMI SACRÆ CONGREGATIONIS NEGOTIIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM PRÆPOSITI S. R. E. CARDINALES**, in Honorem Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Amorem Sanctæ Justitiæ, ad abolitionem Publici Scandali, tuitionem & conservationem integræ Famæ meæ, cognoscendas, decernendas, irrogandas, & sumendas, impræsentiarum humillimè submitto, ac instantissimè expeto!

C

AI

ΑΙ ΔΟΚΙΜΑΙ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ

ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΥ

DOCUMENTUM. I.

RECOGNITIO & CONFESSIO Reverendi SIMONIS ANDREÆ STOCKII, à Perillustri ac Reverendissimo Fr. GEORGIO MICHAELE CIECHOLEWSKI Abbate Pelplinensi Sac. Ordinis Cisterciensis, Vicario in Spiritualibus & Officiali Gedanensi ac per Pomeraniam Generali, nec non Famato JOANNE FRIDERICO LERCHENFELD eius Affine & Notario, ad dissimulandum delictum utriusq; calumniosissimè ficta, & ad Acta Venerabilis Consistorii Gedanensis per Joannem Georgium Ulricum, Famulum præfati Joannis Friderici Lerchenfeld, & Venerabilis Consistorij eiusdem Instigatorem modernum, ex conductamine illorum introducta, & ab utroq; malitiosissimè admissa ac suscepta.

Actum coram Venerabili Consistorio Gedanensi Feria Sexta ante Dominicam Septuagesimæ, quæ erat dies Duodecima Mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo Secundo.

Instigator Officii huius Venerabilis Consistorii in Termine inducendæ Recognitionis Perillustri ac Reverendissimi Domini Abbatis & Officialis super veritate producti scripti post dilationem concessam comparet, & loco eius Recognitionis Ratui

statuit Reverendum Simonem Stock, tunc & tempore conditi illius scripti huius Venerabilis Consistorii Substitutum & Scriptorē eiusdem scripti, petens eundem Reverendum Simonem Stock desuper examinari, eiusq; dicta & confessata diligenter connotari, salvo ulteriori Jure.

Personaliter Constitutus Reverendus Simon Stock fatetur, quod hoc scriptum nullius valoris, nullum & falsum sit, errore suo & culpa, instinctu & Consilio Eliæ Schröderi tanquam Notarii Apostolici factum: Quod illud iam post nuptias celebratas, Matrimonium consumatum hebdomada septima aut octava extradiderit, licet dies altera sit data ad informationē illius Schröderi. Fatetur quoq; quod in scio Reverendis Abbate & Officiali, in scioq; Domino Notario Venerabilis Consistorii à tergo Amanuensis ipsius ex fenestrâ hypocaufti Residentiæ tunc & quando Substitutum egit, unam Blanquetam suasu illius Domini Eliæ Schröderi acceperit, & eam Blanquetam detulerit ad eundem Dominum Schröderum, qui conceptam Formulam illius Dispensationis iam habens à verbo ad verbum manu suâ propriâ scriptam ipsi Reverendo Simoni Stock dedit, quam formatam seu conceptam ipse Reverendus Simon Stock super Blanquetam scripsit, & Domino Davidi Döring extradidit; manualementem autem Conceptum Domini Eliæ Schröderi Perillustri ac Reverendissimo Domino Officiali, dum in detentione esset Pelplini, se dedisse dicit ad manus eiusdem Reverendissimi Domini Abbatis & Officialis.

Instigator Officij attenda Confessione & Declaratione Reverendi Simonis Stock petit Citationem contra Davidem Döring ad videndum falsum declarari. &c. prout in Citatione. Actum ut supra.

Extradidit

J. Fridericus Lerchenfeld
Notarius Consistorialis,

DOCUMENTUM. II.
 SCRIPTUM SIVE ATTESTATUM
 à Reverendo SIMONE ANDREA STOCKIO
 illo tempore Venerabilis Consistorii Gedanensis
 Iudice Surrogato Spectabili Davidi Döringio
 Ciui & Mercatori Pannario Geda-
 nensi datum.

Fr. GEORGIUS MICHAEL CIECHOLEWSKI, Divinâ voca-
 tione Abbas Pelplinensis, Vicarius in Spiritualibus, Officialis
 Gedanensis, & per Pomeraniam Generalis.

VNiverfis & singulis quorum interest, aut quomodolibet
 in futurum interesse poterit, notum testatumq; facimus.
 Quod Spectabilis Dominus David Döring Ciuis Geda-
 nensis, coram Nobis & Iudicio Nostro personaliter compa-
 ruerit, indigitans, quatenus casto & coniugali amore prosequeretur
 Pudicam Virginem Adelgundam Liliendalin reciprocum
 eidem casti amoris affectum contestantem, Virginisq; præfatæ
 Parentes & Consanguineos cōsensum suum libenti animo qui-
 dem ad contrahendum inter se Matrimonium addituros, nisi
 impedimentū Affinitatis à S. Concilio Tridentino prohibitum
 Comparentem sufflaminaret; Quocirca ad dispensandum super
 dicto impedimento Comparens Illustrissimum ac Reverendis-
 simum Dominum Nuncium Apostolicū in Regno hoc Poloniae
 existentem supplicavit, Dispensationemq; super dicto Affini-
 tatis impedimento impetravit, atq; eiusdem Dispensationis Li-
 teras in Originali Nobis exhibuit, & ne visis Literis hisce Dispensa-
 torijs Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ contra præfatū Com-
 parentē David Döring, ac prænominatā Virgine Adelgundā Li-
 liendalin ad contrahendū publicè Matrimonium procedentes, ad
 Instan.

Instantiam Instigatoris Officij Nostri Inhibitio aliqua ob supra memoratum impedimentum Affinitatis emanaret, humiliter rogavit. Nos igitur debito cultu ac Reverentiâ Literis Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Nuncij Apostolici à Latere acceptis lectisq; in Originali dispensatoriis super impedimento Gradus Affinitatis prohiberi, auditaq; petitione præfati David Döring Matrimonium cum prædictâ Virgine Adalgunda Liliendalin solenni ritu contrahere intendentis, memores Officij & obsequij Nostri erga Illustrissimam ac Reverendissimam Nunciaturam Apostolicam, impertitam dicto Domino David Döring Dispensationem eiusdem venerari, mandatisq; obsecundare debuimus, indeq; petitioni præfati Domini David Döring annuere volumus; Quapropter nos juxta contenta prædictarum Literarum Dispensatoriarum Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ Instigatori Officij Nostri seriò inhibemus ac mandamus, ne præfatum Dominum David Döring cum Virgine Adalgunda Liliendalin ritu solenni Matrimonium contracturum sub prætextu supra memorati impedimēti Affinitatis in gradu prohibito turbet aut impediatur, sed mediancibus præsentibus Literis hisce, ut dictus David Döring cum prænominatâ Virgine Adalgundâ Liliendalin liberè & tutè Matrimonium inear, contrahat, & consummet, cunctique liberi in futurum ex isto Matrimonio progeniti, legitimi sint & habeantur, declaramus. Actum Gedani in solita Residentiâ die Decimâ Tertiâ Martij, Anno Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo Primo.

Idem qui supra
Mpria.

*Locus Sigilli
Perill. & Rndmi Ab-
bat, Pelpin. & Offi-
cialis Gedanens.*

Ita ATTESTOR
SIMON ANDREAS
STOCKIUS,
Surrogatus Judex Of-
ficialatus Gedanensis
& Pomeraniæ.
Mpria.

Scripti five Attestati ad Instantiam dicti Reverendi
 Simonis Andreae Stockij, à Generoso Elia Constantio de Tre-
 wven Schröder dicto, J.C. propria manu conscripti Copiam,
 Perillustris ac Reverendissimus Fr. Georgius Michael Ciecho-
 lewvski Abbas Pelplinensis & Officialis Gedanensis, nec non,
 Famatus Joannes Eridericus Lerchenfeld Consistorij eiusdem
 Notarius Temporarius extradere recusant, metuentes ne
 correctura & immutatio eorum,
 pateat,

DOCUMENTUM III.

PROTESTATIO SOLENNISSIMA
 Generosi ELIÆ CONSTANTII DE TREWEN
 SCHRÖDER dicti J. C. & Sac. Reg. Majestatis
 Poloniae Secretarij,

A D V E R S U S

Supramemoratam Recognitionem & Confessionem Reveren-
 di SIMONIS ANDREÆ STOCKII in Venerabili Consi-
 storio Gedanensi factam, & quoscunque eidem
 adhærentes.

IN NOMINE DOMINI Amen.

Universis & singulis præsentium notitiâ habituris, præ-
 sertim verò iis, quorum interest, per hocce publicum In-
 strumentum notum testatumque sit; Quod Anno Do-
 mini & Redemptoris Nostri JESU CHRISTI Millesimo, Sexcē-
 tesimo, Septuagesimo Secundo, Indictione Romanâ Decimâ,
 Regnan-

Regnante Serenissimo, Potentissimoque Principe ac Domino,
 Domino MICHAELE DEI Gratia Rege Polonia, Magno Duce
 Lithvania, Russia, Prussia, Masovia, Samogitia, Livonia, Smo-
 lenscia, Kyovia, Volhynia, Podolia, Podlachia, Severia, Czer-
 niehoviaq; &c. &c. &c. Rege ac Domino meo Clementissi-
 mo, eiusdem Sac. Reg. Majestatis Polonia Tertio Anno, die De-
 cimâ Sexta Mensis Martij ante horam pomeridianam Secun-
 dam, Generosus & Consulcissimus Dominus Elias Constantius
 de Trevven Schröder dictus JureConsultus, & Sac. Reg. Maje-
 statis Secretarius, Me infra scriptum Regium Notarium Publi-
 cum Juratum ad se rogari & accersiri curaverit, mihi que ipsum
 accedenti in Spectabilium Godofredi Deubner Civis Gedanen-
 sis & Simonis Levven Incolæ Gedanensis, uti ad hunc actum
 specialiter requisitorum, rogatorumq; fide dignorum Testium
 præsentia Protestationem Idiomate Latino conceptam tradi-
 derit ac porrexerit, ex Officio me requirens ac petens, ut eandem
 susciperem, Protocollo meo ingrossarem, tum & eam ad Acta
 Venerabilis Consistorij Gedanensis porrigerem, & ut Recogni-
 tioniac Confessione Reverendi Domini Simonis Stockij in A-
 ctis Consistorialibus annectatur, Generosi Domini Requirentis
 nomine peterem, & toties quoties opus fuerit, Copiam huius
 Protestationis Authenticæ ei extraderem: Cuius Justæ ac Juri-
 dicæ petitioni Officij ratione Generoso Domino Requirenti de-
 esse haud potui; Idcirco eadem præfata die, post Horam pome-
 ridianam secundam, ad legitimam Affectationem & Requisi-
 tionem præmemorati Generosi Domini Requirentis Ego
 infra scriptus Regius Notarius Publicus, unâ cum prædictis Te-
 stibus ad Perillustres ac Reverendissimi Domini Abbatis Pelpli-
 nensis & Officialis Gedanensis, &c. &c. Residentiam in Platea
 S. Spiritus sitam, me contuli, atque Joannem Fridericum Ler-
 chen-

chenfeld Venerabilis eiusdem Consistorii Notarium, ex Audi-
 entiarum hypocauſto exeuntem, allocutus ſum, dixique me ad
 Requiſitionem prædicti Generoſi Domini Requirerentis ibi-
 dem comparere, atque adverſus Reverendi Simonis Stockij,
 haud pridem Venerabili in Conſiſtorio Gedanenſi factam Reco-
 gnitionem & Confessionem, Proteſtationem inſinuandam ha-
 bere, quam nomine præfati Generoſi Domini Requirerentis Re-
 cognitioni & Confessiononi Reverendi Simonis Stockij in Actis
 Conſiſtorialibus annectere petii; Qui, ſe id prius Perilluſtri ac
 Reverendiſſimo Abbati & Officiali indicare velle, reſpondit,
 ſtatimque ex hypocauſto ad me rediens, Proteſtationem iſtam,
 à me accepit, in Hypocauſtum Audiendarum ad præfatum Per-
 illuſtrem ac Reverendiſſimum Dominum Abbatem & Officia-
 lem ad perlegendum, Actisque Conſiſtorialibus ingroſſandum
 deportavit: Ubi poſt medium Quadrantem horæ Perilluſtris ac
 Reverendiſſimus Dominus Officialis Bartholomæum Gangel-
 meyer Venerabilis Conſiſtorij Curſorem, ad hypocauſtum ac-
 ceſſiri mandavit, qui mox iterum ex hypocauſto reverſus, mihi
 nomine Perilluſtris ac Reverendiſſimi Domini Officialis loco
 reſponſi indicavit, ut impoſteꝛũ non ampliùs cum EJUSMODI
 NUGIS eò venire, Proteſtationisque Scriptum dilaceravit, atque
 in terram proiecit, ubi ego laceratum ac proiectum ſcriptum il-
 lud pro inſinuato reliqui, atque ſimul cum præſentibus Teſtibus
 meis abivi; Eſtque tenore juſdem inſinuata Proteſtationis ver-
 botenùs talis, uti ſequitur:

Coram vobis Domine Notaris Publice, Te-
 ſtibusque ad hoc vocatis & requiſitis perſonaliter comparet
 Generoſus & Conſultiſſimus Elias Conſtantius de Trevven
 Schröder dictus JCTus & Sac. Reg. Majeſtatis Secretarius,
 animoque ac intentione in ſolemniffima Juris formâ intra fa-
 talia

talia à tempore Scientiæ protestandi exponit, ac dicit; Quod
 feria Tertia post Dominicam Invocavit, quæ fuit dies Octava
 mensis Martij Anni hujus currentis 1672 Generoso Domino
 Protestanti per quendam Joannem Georgium Ulricum (prout
 eum hesternâ die Generoso Domino Protestanti Reverendus
 Sim. Andr. Stockius nominavit) à Venerabili Consistorio Gedan-
 nensi scriptum aliquod sub Titulo Recognitionis & Confessio-
 nis Reverendi Sim. Andr. Stockij antehac Judicis ibidem Surro-
 gati, exactis eiusdem Venerabilis Consistorij insinuatū & com-
 municatum fuerit. Enimverò, cum dicta Recognitio & Con-
 fessio meris falsitatibus & Calumniis, tum & pluribus nullitati-
 bus scateat, præfatus Generosus Comparens de iis quàm solen-
 nissimè protestatur, salvumque jus & cuncta remedia ac benefi-
 cia Juris in quocunque foro tam contra prædictum Sim. Andr.
 Stockium, quàm omnes Asseclas & Complices eiusdem sibi
 pro omni tempore reservat. Falsissimū enim ac mendacissimū
 est, quod prænominatus Sim. Andr. Stockius dicit, quasi Atte-
 statum Dispensationis in secundo gradu prohibito Affinitatis
 super Blanceto Perillustris & Reverendissimi Domini Abbatis
 Pelplinensis & Officialis Gedanensis instinctu, Consilio, & suasu
 Generosi Domini Protestantis scriptum, & Spectabili Davidi
 Döring extraditum fuerit; dùm è contra Generosus Dns. Prote-
 stans non solum à dicto Sim. Andr. Stockio, sed & ab ipso
 Davide Döringio ante contractum Matrimonium tanquam Ad-
 vocatus & Jure Consultus in Consilium vocatus, utrum à Vene-
 rabili Consistorio in secundo Affinitatis gradu dispensari possit,
 omnimodè negavit, & SS. Concilio Tridentino sess. 24. cap. 5, de
 reformat. Matrim. id deduxit, eandemq; Dispensationem, sive
 apud Illustrissimam Nunciaturam, sive ipsam S. Sedem Aposto-
 licam quærere, & expetere consuluit. Verùm ab eo tempore

nec Sim. Andr. Stockius, nec David Döringius Generosum Protestantem ulterius accesserunt, aut in hac materia consuluerunt; Usque septem vel octo hebdomadis post celebratas nuptias, quo tempore dictus Sim. And. Stockius a Generosum Dominū Protestantem venit, indicans, quod Matrimonium inter Davidem Döringium, & Virginem Adelgundam Filiam nobilis Georgii Lilienthalij Consulis Veteris Civitatis Gedanensis obtentā Dispensatione ab Illustrissimā Nunciatura Apostolica (dum ipse David Döringius Varsoviā iter fecit) jam contractum & consummatum sit, atque Perillustris ac Reverendissimus Dominus Georgius Michael Ciecholevski Abbas Pelplinensis & Officialis Gedanensis, & per Pomeraniam Generalis, nec non Joannes Lerchenfeld Scultetus in Pago Episcopali Hoppenbrocensi, & Venerabilis Consistorij Gedanensis Notarius, tum & ipse Instigator ejusdem Venerabilis Consistorij, aliquot Centenos florenos à dicto Davide Döringio pro licentiā huius contrahendi Matrimonij, & ne scrupulum in Dispensatione impetrata moverent, acceperint, & quoniam à dicto Davide Döringio sibi veluti Substituto etiam viginti Imperiales promissi essent, dummodò Attestatum de obtentā Dispensatione & concessa licentiā Matrimonium istud contrahendi daret, instantissimè petiit, ut Generosus Protestans formulam quandam Attestati conciperet, pro quā duos Ungaricos promisit. Auditā hāc petitione Sim. Andr. Stockij Generosus Protestans initio quidem se excusavit, inferens, hoc Officii esse Notarii Venerabilis Consistorii; dato autem responso à dicto Sim. Andr. Stockio, quod Notarius Consistorij similem formulam non habeat, indeq; se excusaverit, & Generosum Protestantem adire svaserit, rogatum; Unde Generosus Protestans tandem petitioni Rever. Sim. Andr. Stockij annuit, dummodò Dispensationem Illustrissimæ Nunciaturæ

Apostolicæ adferret & communicaret, ut Clausulas in ea contentas præmemorato Attestato inferere posset; Ad quod præfatus Sim. Andr. Stockius respondit; Dispensationē istam Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ in ædibus Venerabilis Consistorij servari inclusam à Notario eiusdem Consistorij, neque eum extradere illam velle; Quocircà præfatum Attestatum Clausulis saltem generalibus communiretur. Hisce narratis dicti Sim. Andr. Stockij Generosus Protestans fidem dedit, Attestatumq; petitū & desideratum intra spatium unius horæ antemeridianæ post abitum dicti Simonis Andreæ Stockij concepit, & hora secunda pomeridiana eadē die eidem Sim. And. Stockio redeunti, citra solutionem duorum promissorum Ungaricorum tradidit, prout illud sub manu Generosi Domini Protestantis iam iam in Venerabili Consistorio Gedanensi existit; Caterum de Blance-to Perillustis ac Reverendissimi Domini Abbatis & Officialis furto subrepto à supra nominato Sim. A. Stockio nulla mentio facta, minus ab eo producta vel exhibita, aliàs à Generoso Protestante dictus Simon Andreas Stockius super hoc acriter reprehensus & correptus fuisset. Ex hac Contra - Relatione Generosi Domini Protestantis clarè patescit falsitas & Calumnia manifesta præfati Simonis Andreæ Stockij, quam falsitatem & Calumniam dicti Simonis Andreæ Stockij Generosus Protestans in Apologetico suo publicis Typis committendo, & ipsi **SANCTISSIMO PATRI SUMMO PONTIFICI ROMANO** devotissimè & humillimè dedicando, totoque coram Orbe Christiano, præsertim Catholico, ad cognoscendam veritatem rerum gestarum pandendo, fusiùs atque latiùs deducet, Argumentisque & Rationibus Juridicis innocentiam suam defendet ac vindicabit, tum & enormes ac pudèdas nullitates commissas demonstrabit, dùm præmemorata Recognitio & Confessio Reverendi Sim. Andr. Stockij in

Judicio Venerabilis Consistorij facta, ubi & ipse Perillustri ac Reverendissimus Dominus Officialis, & Substitutus, & Notarius, & Instigator ejusdem Consistorij ex datis summis pecuniarum Spectabilis Davidis Döringij participaverunt, & super unâ eademque incude cuncta præfata fabricaverunt, & sic totus iste Actus Confessionis & Recognitionis omnimodè suspectus & nullus est; Adhæc Generosus etiam Protestans, contra quem directè Actus iste Confessionis & Recognitionis institutus est, ad videndum & audiendum dictam Recognitionem & Confessionem fieri debuisse, haud vocatus aut ad citatus fuit, sed cuncta ea subdolè ac in tergū ejus facta & acta sunt; prout hæc & plures aliæ Nullitates in futuro Apologetico à Generoso Dno. Protestante deducuntur, atq; Juridicè confirmabuntur. Petit proindè Generosus. Protest. à Vobis Dne. Notarie Publice, ut hanc Protestationem suam ad Protocollum vestrum suscipere, eidemque ingrosare, tum & eam ad acta Venerabilis Consistorii Gedanensis porrigere, & quatenus Recognitioni ac Confessioni præmemorati Sim. Andr. Stockii in Actis Consistorialibus annectatur, Generosi, Dni. Protestantis nomine petere, & toties quoties opus fuerit, Copiam huius Protestationis sub Instrumento Authentico extradere velit, omni reliquo jure Generosi Domini Protestantis, & vestro Salario salvo.

Acta & gesta sunt hæc Gedani, Anno Christi, Indictione, Mense, Die, Hora, Loco, Testiumq; supranominatorum fide dignorum præsentia, &c. &c. de quibus supra.

In cuius rei meliorem fidem ac Testimonium, Ego infra scriptus Regius Notarius Publicus juratus, hoc Instrumentum publicum desuper confeci, quod propriâ meâ manu scripsi, subscripsi, Sigilloq; Notariatus mei consueto hîc subappresso communivi; Legitimè ad hæc à sæpe nominato Generoso Domino-

Requi

Requirente Officii ratione requisitus atq; rogatus. Quod attestor Ego

Loc. S.
Nota.
rial.

Rudolphus Richard Freitag de Lö-
ringshaue, Sac. Reg. Majestatis, Regis ac
Domini mei Clementissimi Auctoritate,
Not. Publicus Juratus, ac Privilegiatus.

Mpria.

Ad præfatam hanc debitè ac legitimè factam & insinuatam
Protestationem, nec Perillustris ac Reverendissimus Abbas Pel-
plinensis & Officialis Gedanensis, nec ullus alius intra fatalia,
sive Decendum, vel huc usquè legitimè Reptestatus est.

DOCUMENTUM IV.

CONFESSIO & JUSTIFICATIO

Spectabilis DAVIDIS DÖRINGII coram Illustri
ac Admodum Reverendo MICHAELE STA-
NISLAO VIDET, ab Illustrissimo ac Reverendis-
simo Principe & Episcopo Vladislaviensi & Po-
meraniæ Venerabilis Consistorii Gedanensis &
per Pomeraniam constituto Judice Surrogato, Pa-
rocho Langoviensi & Rosenbergenfi

Anno 1671. facta.

David Döringius proposuerat sibi ad meliorandum & pro-
pagandū Negotiationes suas secunda ad vota transeundi ;

D 3

Cogi-

Cogitationes ducebant eum ad Pudicam Virginem Adelgundam Lilienthalianam; Quoniam verò ea defunctæ Uxor suæ Con sanguinea erat, proindè viros graves in Consilium vocavit; Utrum ipse Matrimonium istud more Christiano, & Religione sua (*videlicet Lutheranâ*) admittente, & Conscientia illæsa inire & contrahere posset. Responsum erat; quod sic: Siquidem in Verbo Dei istud non prohibitum, sed potius approbatum sit, super quod ipse propositum suū fundavit. Interea incidit ei, Utrum ei etiam difficultas aliqua à venerabili Consistorio moveri posset? Concludebat itaque penes se ad præveniendum variis turbationibus Lerchenfeldium, cui aliàs datur, quod ipso cooperante multæ causæ ibidem expediantur, consulere; prout etiam illi hoc concedidit; qui ab initio hoc Consilium supeditavit; quod cura habenda esset impetrandi Dispensationē, quam ipse facillimè imò citra omne dubium ab Illustrissimâ Nunciaturâ obtinere speraret; prout ad effectualem impetrationem Quadraginta Imperiales pro Illustrissimo Domino Nuncio, & viginti Imperiales pro aliis Expensis postulavit; Qui Imperiales Quadraginta illicò ei numerati sunt. Postquàm verò expeditio hæc aliquatenus substitit, David Döringius aliquoties eum pro Declaratione habendâ accessit, & in eo quasi in Jure Canonico exercitato, imò jurato Consulto in hoc casu totalem confidentiã suam collocavit; ad quod ille hoc responsum dedit; si Döringius sciret, quod ipse scit, tot verba ipse de hac causâ non faceret; procedere saltem oporteret; parum periculi fore; promittit ipse Döringio in omnibus affecurationem. David Döringius requirebat affecurationem istam in scriptis; Ubi Lerchenfeldius eum ad Reverendum Patrem Stockium, veluti Officialem Surrogatum remittebat, cum ipso de hac Causa in secreto colloquendi; Nihilominus ei non communicandi, quod

quod ipse Scientiam de ea haberet; quod si sententia sua postea requisita fuerit, respondere se ei sciturum; quod per aliquod tempus ita permanfit.

Interea David Döringius iter aliquod Varsaviam fecit, ubi de tali causâ consilium captavit; verum à celebri quodam Iureconsulto & Practico Illustrissimæ Nunciaturæ inter alias dissertationes hoc promissum accepit, quod ipse Dispensationem intra quatuor Hebdomadas à Sede Romanâ Apostolicâ impetrare vellet, dummodò à Reverendo Patre Stockio veluti Substituto & Surrogato Iudice Attestatio quædam obtineretur; & huic Iureconsulto etiam aliquid pro Honorario ad Rationem datum est. Döringium domum reversum Reverendus Pater Stockius allocutus, cui oblatum promissum retulit; ad quod porrò Döringio istud dictum, quod alia remedia cogitentur Dispensationem impetrandi; Ubi Döringius Expensas, atque cuivis separatim contentationem facere promisit; ad quod denuò hæc Declaratio facta, Lerchenfeldiusque Asssecurationem dedit, ut Döringius cum Matrimonio contrahendo saltem procederet, turbari enim non deberet, super quo ei fideret & crederet, unica saltem deberet emanare Citatio, quæ verò nihil curanda; quoniam autem Döringius etiam de minimâ turbatione scire haud voluit, sed Cathegoricam ac finalem resolutionem requisivit, proindè modo insequenti convenerunt, Döringiusque Lerchenfeldio solvit quasi pro Nunciatura, quod pro operâ suâ, ut existimatur, penes se retinuit - - - - - floren. 120.

Pro Perillustri ac Reverendissimo Domino Officiali ipso paratâ pecunia - - - - - floren. 130.

Reverendo Domino Substituto Stockio. - - - - - floren. 60.

Instigatori - - - - - floren. 30.

Ad hæc Reverendus Pater Stockius ulteriori Colloquio habito

habito spontè promisit, Döringio plenissimam assurationem procurandi; quando ipse eam habiturus esset, nullus hominum in æternum eum turbare poterit, in quem finem secùm Scriptum aliquod Latinum manu & Sigillo suo munitum ad ipsum detulit; Quoniam verò David Döringius illud recusabat, & Perillustri ac Reverendisimi Domini Abbatis & Officialis Sigillum desiderabat, utique & hoc ille intra Quatuordecim dies à Perillustri ac Reverendisimo Domino Abbate obtinendi promisit; prout illud tandem ad ædes ejus detulit; & quoniam illud Idiomate Latino erat conceptum, Döringiusque multò magis Consors eius Linguae huius ignari, & Reverendus Pater Stockius eosdem nihilominus sub juramento & fide Sacerdotali asscurabat, quod Scriptum illud tantà firmitate munitum esset, nec aliter concipi posset, vel oporteret, quàm præsens esset, ita ut in æternum Liberi & Securi esse deberent; Quocirca Döringium Juratis promissis hisce plenam fidem adhibere oportuit; atque supra præmemoratam pecuniam adhuc circiter florenos centum & viginti in Panno & pecunia præsentavit, & sic fide hac Consistoriali, Sacerdotali & publica, &c. Securus acquievit, penes quod prout hætenus, ita & nunc firmiter & constanter persistit.

Notandum: Quod Sponsalia quinque septimanis ante nuptias habita; Denunciatio ex Ambona in Templo Parochiali S. Catharinæ in veteri Civitate tribus diebus Dominicis immediatè sibi sequentibus facta; & nuptiæ, ad quas per integrum Octiduum antea Hospites sunt invitati, in Prætorio publico Veteris Civitatis Gedanensis celebratæ; Atque ita omnia ritè & solenniter peracta fuerint; & nihilominus neque Citatio, neque Inhibitio, nec aliud quidpiam vel minimum, quod scrupulum movere posset, emanaverit, sed potius ad omnia tacitè & apertè con-

consensus datus sit, cunctaque approbata fuerint.
 Præfens suprascriptæ Transumptū ex vero mihi exhibito
 productoque Germanico suo Originali (quod Spectabilis
 David Döringius Civis ac Mercator Gedanensis à principio
 usque ad finem manu sua propria scripsit, Illustrique ac Ad-
 modum Reverendo Domino Michaeli Stanislao Videt, Ve-
 nerabilis Consistorij Gedanensis & per Pomeraniam Con-
 stituto Judici Surrogato, Parocho Langoviensi & Rosen-
 bergensi, Anno præterito 1671 in Forma Confessionis & Ju-
 stificationis suæ tradidit, & modò hic Gedani ipsemet di-
 ctus Döringius in præsentia ejusdem præmemorati Illu-
 stris ac Admodum Reverendi Domini Videt &c. &c. Die
 trigesima Mensis Maii Anni hujus currentis 1672. reco-
 gnovit) in Latinum Idioma fideliter translatum, collatiõ-
 natum, manuque mea propria scriptum, Nomen & Co-
 gnomen meum subscriptum, Sigilloque Notariatus mei
 Publici Regij usitato hic subappresso communitum ac cor-
 roboratum esse, atque in omnibus ac singulis contentis
 clausulis suis concordare

Attestor Ego



Rudolphus Richard Freitag
 de Löringshave, Sac. Reg. Maje-
 statis Poloniæ Authoritate Nota-
 rius Publicus Juratus ac Privilegi-
 atus; Ad hunc Vidimationis A-
 ctum Officij ratione debitè ac le-
 gitimè requisitus atque rogatus,

Mpria.

E

DO-

DOCUMENTUM V.

Testimonium Admodum Reverendi
 Simonis Andreæ Stockij depositum
 die XII. Maji Anno M.DC.LXXII.

In Nomine Domini Amen.

Præsenti hoc publico Instrumento cunctis ubiq; pateat
 & sit notum; Quomodo Anno à Nativitate Domini
 Nostri JESV CHRISTI, Millesimo, Sexcentesimo,
 Septuagesimo Secundo, Indictione Romanâ Xa. Pontifica-
 tus SS^{mi} Domini Nostri CLEMENTIS Diuinâ Providentiâ
 Papæ eius Nominis X^{mi} Anno Sanctitatis suæ Tertio, Feriâ
 Quinta post Dominicam Jubilate, quæ fuit dies XII. Mensis
 Maii, in mei Notarii Publici infra scripti, ac Testium infra-
 scriptorum ad id specialiter vocatorum & rogatorum præ-
 sentiâ; Personaliter constitutus Generosus Dominus Elias
 Constantius de Trevven Schröder dictus JCTus, ac Sac-
 Reg. Majestatis Poloniæ Secretarius, tenens ac habens in
 manibus suis Schedam quandam Papyraceam Positiones
 infra scriptas ad Sempiternam rei memoriam, ad Admo-
 dum Reverendum Simonem Andream Stockiû hætenus
 Venerabilis Consistorii Gedanësis Substitutum Officiale
 Testem, in meâ ibidem præsentia in ædibus Generosi Do-
 mini Comparentis à se statutum & inductum, conceptas,
 petiit debitâ cum Instantiâ, quatenus easdem Positiones ad
 Acta Notariatus mei susciperem, & iuxta eas memoratum
 Reverendum Simonem Andream Stockiû, quanto exactius
 ad

35

ad omnem quemvis meliorem effectum in eius absentia
examinarem; Simulq; Generosus Dominus Comparsens,
ut Examen huiusmodi per Me Notarium peractum in for-
ma Juris Authenticâ per Instrumentum publicum sibi ex-
traderetur, postulavit; Quod, quantum ex Officio, obtinuit.
Positionum verò tenor ac Depositionum est eiusmodi:

Positiones in perpetuâ rei memoriam
Generosi & Consultissimi Domini Eliæ Con-
stantii de Treven Schröder dicti JCTi, &
Advocati Gedanensis, Sac^æ. Reg.
Majestatis Secretarij,

Ad

Admodum Reverendum Simonem Andream Stockium
hactenus Venerabilis Consistorii Gedanensis
Judicem Surrogatum
Testem.

I. **V**erum, quod Admodum Reverendus Simon Andreas
Stockius Testis, proximè præterito Anno 1671. ali-
quot hebdomadis ante Festum Paschatis ad Genero-
sum Dominum Producentem Eliam Constantium de
Treven Schröder dictum venerit, eumq; sine nominatio-
ne Personarum interrogaverit, in quoto gradu Affinitatis sibi
conjuncti sint, quando Sponsus Virginis Sponsæ Materte-
ræ filiam antehac in Uxorem habuit.

II. Verum, quod Dominus Producentis Reverendo Domi-
no Testi adhuc responderit, memoratum Sponsum iuxta

E 2

narrata

narrata cum dictâ Virgine Sponsa in secundo Affinitatis gradu junctum esse.

III. Verum, quod Reverendus Testis Dominum Producentem porrò interrogaverit, Utrum Venerabile Consistorium in tali gradu secundo sibi conjunctis Personis Matrimonium inter se contrahere permittere possit.

IV. Verum, quod Dominus Producens Reverendo Domino Testi negativè responderit, siquidem non modò Venerabile Consistorium, verum & Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Loci Ordinarius ipsemet in tali secundo Gradu à SS. Concilio Tridentino prohibito, & soli S. Sedi Apostolicæ reservato, dispensare non possit; Proindè Venerabile Consistorium Matrimonium tale contrahere haud permittere possit.

V. Verum, quod Reverendus Testis adhæc dixerit; Nolo hæc ipsemet hominibus istis dicere, sed mittam eos ad Dominum Producentem interrogatum, ubi Dominus Producens iis hæc dicere dignetur; & sic Reverendus Testis homines istos nominavit, videlicet Sponsum Davidem Döringium & Sponsam Virginem Adalgundam Filiam Nobilis Georgij Lilienthalij, in Veteri Ciuitate Gedanensi Consulis.

VI. Verum, quod Spectabilis David Döringius cum quodam suo Amico Ciue Gedanensi post intimationem Reverendi Testis, Dominum Producentem accesserit, & quæsierit: Utrum Venerabile Consistorium in secundo gradu Affinitatis dispensare posset; Ad quod Dominus Producens inficiando responderit, consulueritq; , apud Illustrissimum ac Reuerendissimum Dominum Nuncium Apostolicum in Regno Poloniæ Dispensationem istam quærere; quæ

ita

quæ ita gesta fuisse, Reverendus Testis ex Ore Davidis Döringii narrata audiuit.

VII. Verum, quod Joannes Fridericus Lerchenfeld, veluti Notarius Venerabilis Consistorii Gedanensis audito responso Generosi Domini Producentis, coram dicto Davide Döringio se declaraverit, Dispensationem istam apud Illustrissimam Nunciaturam Apostolicam se procuraturum, dummodò ipse pecuniam suppeditaret; prout etiam dictus David Döringius præfato Lerchenfeldio pecuniam numeravit.

VIII. Verum, quod post decursos Quatuordecim dies, obtento responso Varaviâ à Generoso Domino Carolo Zabzeski, Joannes Fridericus Lerchenfeld Davidi Döringio dixerit, ac consuluerit, quod omninò opus esset, ut ipse David Döringius Varaviam proficisceretur, aliàs plus difficultatis circa impetrandam Dispensationem istam fore.

IX. Verum, quod David Döringius ex Consilio Joannis Friderici Lerchenfeld Varaviam pro impetrandâ Dispensatione ista profectus, sed re infectâ reversus fuerit.

X. Verum, quod post reditum Davidis Döringii Joannes Fridericus Lerchenfeld novum aliud inventum excogitavit, cum eodemq; taliter convenit, ut sibi certam summam pecuniæ daret, aliamq; summam pro Perillustri ac Reverendissimo Domino Abbate Pelplinensi & Officiali Gedanensi numeraret, atq; hisce solutis pecuniis, dictus David Döringius tam cum contrahendis Sponsalibus, quàm & deindè cum Denunciationibus publicis ex Ambona, celebrationeq; Nuptiarum procederet, & dictus Lerchenfeldius, tanquam Venerabilis Consistorij Notarius omni Inhibitione abstinere & superfedere vellet; Et quandoqui-

dem Reverendus Testis, veluti Judex Venerabilis Consistorii Surrogatus, nihil pro eo tempore de hoc sciret, quapropter dictus David Döringius in futurum, quando Reverendus Testis illud experiretur, dicto Reverendo Testi Viginti Imperiales solveret, ne ipse iram aliquam, quod præter scitum & consensum suum ista facta fuerint, conciperet, & ad videndum cassari Matrimonium, uti nulliter in gradu prohibito contractum, dictum Davidem Döringium cum Consorte sua aditari faceret.

XI. Verum, quando Reverendus Testis contractum & consummatum Matrimonium inter Davidem Döringium, eiusque Consortem audivit, utrumque ad Judicium Venerabilis Consistorii aditari facere voluerit; Ad quod Joannes Fridericus Lerchenfeld, nec non dictus David Döringius cum Reverendo Teste locuti, rogantes, ut Citationem istam superfederet, siquidem iam amplius res integra non esset, promisitque; dictus Lerchenfeld pro sufficienti contentatione etiam Consensum & rati habitationem Per Illustris ac Reverendissimi Domini Abbatis Pelplinensis & Officialis Gedanensis obtinere; Ipse Reverendus Testis autem Attestatum saltem conciperet, & super Blanceto eiusdem Reverendissimi Domini Abbatis & Officialis scriberet, quasi ex Dispensatione Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ Matrimonium istud contractum esset, illudque pro prædicta Summâ Contentationis præfato Döringio extraderet.

XII. Verum, quoad persuasionem & jussum Joannis Friderici Lerchenfeld Reverendus Testis Davidi Döringio Attestatum illud dederit, & pro eo Viginti Imperiales, Pannumque ad novam Tunicam accepit.

XIII. Verum quod Perillustis ac Reverendissimus Dominus Abbas Pelplinensis & Officialis Gedanensis à dicto Dauide Döringio per Joannem Fridericum Lerchenfeld etiam contentatus fuerit, & sic etiam consensum suum ad Matrimonium istud contractum dederit, & ne dictus David Doringius ab Instigatore Officii citaretur, & turbaretur, prohibuerit.

XIV. Verum, quod Reverendus Testis ad Dominum Producentem venerit, eundemq; Formulare aliquod similis Attestati concipiendi, plurimum rogaverit, & dum Generosus Dominus Producens inchoare se excusaret, quandoquidem similes Actus Consistoriales, Notario Venerabilis Consistorii conscribere competerent; Reverendus Testis ad hæc respondit, quod Joannes Fridericus Lerchenfeld tanquam Notarius eiusdem Venerabilis Consistorii nulla Formularia Attestationum ab Illustrissimâ Nunciaturâ impertitarum Dispensationum haberet.

XV. Verum, quod ad petitionem hanc instantissimam Reverendi Testis Dominus Producens Attestatum istud concipere suscepit, verum ad inserendum Attestato cunctas Clausulas factæ Dispensationis Dominus Producens ipsam Dispensationem Illustrissimæ Nunciaturæ videre & legere requisiverit,

XVI. Verum, quod Reverendus Testis ad hoc responderit, se Dispensationem istam non habere, sed Joannem Fridericum Lerchenfeld Reverendo Testi dixisse, quod ipse eam penes cætera Acta Consistorialia in Reconditorio hypocausti Residentiæ, seu Loci Audientiarum in Venerabili Consistorio haberet, & quod Originale eiusdem ab Actis separare non auderet, nec Copiam illius facere consultum æstima-

æstimaret, ne inter homines divulgaretur; atq; ita Reverendus Testis Dominum Producentem denuò instantissimè rogaverit, quatenus Attestatum istud generalibus saltem Clausulis communiret, & pro labore ac opera Duos Vngaricos Domino Producenti promiserit.

XVII. Verum, quod Reverendus Testis eadem die, hora circiter Tertia pomeridiana pro Attestato isto ad Dominum Producentem venerit, illudq; ab eo acceperit, atq; Joanni Friderico Lerchenfeld, & Davidi Döringio ostendere se velle, dixerit.

XVIII. Verum, quod tertia die, qua Reverendus Testis ad Dominum Producentem venit, & hic promissos duos Vngaricos postulavit, Reverendus Testis responderit; Nondum se pecuniam accepisse, cum dictus David Döringius difficultatem in hoc sentiret, quod Dominus Producens se super Dispensatione Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ fundaverit, quam ipse non obtinuerit.

XIX. Verum, quod Dominus Producens ad hoc responderit; Si David Döringius nullam Dispensationem ab Illustrissimâ Nunciaturâ Apostolicâ obtinuit, utiq; Reverendus Dominus Testis nullum Attestatū super ea dare potest, nec sibi Reverendus Dominus Testis propterea ullam molestiam faciat.

XX. Verum, quod Generosus Dominus Producens de Blanceto, super quo Attestatum scribi debuit, non sciverit, minus istud Blancetum unquam viderit, & multominus istud Reverendum Dominum Testē auferre iusserit.

XXI. Verum, quod Joannes Seidelius Amanuensis Joannis Friderici Lerchenfeld, veluti pro illo tempore Instigator Venerabilis Consistorij pro dato isto Attestato & ne quid-

quidquam ad versus consumatum istud Matrimonium moveret, vel attentaret, simul cum Cursoribus Venerabilis Consistorii numerationem contentationemq; pecuniæ acceperit; at Generosus Dominus Producent, promissos sibi duos Vngaricos pro concepto Formulari, nec à Reverendo Domino Teste, nec à Davide Döringio, nec ab alio obtinuerit.

XXII. Verum, quod Reverendus Testis Septem vel Octo hebdomadis demùm post celebratas Nuptias Attestatum illud Davidi Döringio dederit, diemq; siue tempus retrò videlicet in diem 15. Mensis Martij Anno 1671. scripserit; Nuptiæ autem illicò post Dominicam in Albis eiusdem Anni celebratæ fuerint.

XXIII. Verum, quod die 15. Julij Anno 1671. in Festò Divisionis SS. Apostolorum Joannes Fridericus Lerchenfeld Reverendo Testi persuaserit, secùm ad Monasterium Pelplinense proficiscendi, quandoquidem beneficium Milobandense ab Admodum Reverendo Martino Smiglevvski moderno Præposito Divi Adalberti resignari deberet; se enim apud Perillustrem ac Reverendissimum Dominum Abbatem Pelplinensem & Officialem Gedanensem pro Reverendo Teste intercedere, & ut illud obtineat, juvare velle.

XXIV. Verum, quando Reverendus Testis cum dicto Joanne Friderico Lerchenfeld in Monasterium Pelplinense venit, eadem die Audientiam apud Perillustrem ac Reverendissimum Dominum Abbatem Pelplinensem & Officialem Gedanensem expeti fecit, qui se aliis negotiis occupatum excusavit.

XXV. Verum, quod insequenti die Joannes Fridericus Lerchenfeld summo mane clam discesserit, & paulò post Reverendus Testis ad foetidos Carceres detrusus fuerit.

XXVI. Verum, quod Reverendus Testis per æstatem, Autumnum, mediamq; Hyemem sine admissione ullius Hominis, ne cuiquam miseriam suam, & qualiter deceptus, Carceriq; mancipatus fuerit, scribere, liberationemq; petere posset, detentus, atq; demùm ex istis Carceribus die tertia Mensis Februarii Anno huius 1672. dimissus fuerit.

XXVII. Verum, quod antequàm Reverendus Testis ex Carceribus dimissus, ex Consilio Joannis Friderici Lerchenfeld Reverendus Testis Perillustri ac Reverendissimo Domino Abbati Pelplinensi, & Officiali Gedanensi sanctè promittere coactus fuerit; se in scriptis Declarationem & Confessionem in Venerabili Consistorio Gedanensi facturum, culpamq; omnem scripti & dati Attestati in Generosum Dominum Producentem impositurum, & Perillustrem ac Reverendissimum Dominum Abbatem Pelplinensem & Officialem Gedanensem, nec non Notarium ejus Joannem Fridericum Lerchenfeld in fontes, omniq; culpa carentes declaraturum; atq; pro ista Declaratione & Confessione Reverendo Testi reciprocè Beneficium promissum, quod tamen ad præsens ei collatum non fit.

XXVIII. Verum, quod non Reverendus Testis, sed Joannes Fridericus Lerchenfeld ex conditamine Perillustri ac Reverendissimi Domini Abbatis Pelplinensis, & Officialis Gedanensis Scriptum istud Recognitionis & Confessionis in Venerabili Consistorio de Duodecima Mensis Februarii Anno hoc 1672. à Reverendo Teste factæ, composuerit, & in Calamum Reverendo Testi dictaverit.

XXIX, Verum, quod Perillustri ac Reverendissimus Abbas Pelplinensis & Officialis Gedanensis ad præsens usq; tempus Cohabitationem Davidis Döringij cum Consorte suâ Adelgunda dissimulet, dùm eam non prohibet, nec eosdem adcitât, neq; per Decretum ab invicem separat.

XXX. Verum, quod omnia & singula suprâ in 29. Positionib; contenta, & à Reverendo Teste impræsentiârum attestata, veritati ipsi congrua sint, & Reverendus Testis in nullius amorem, vel dolorem, neq; per corruptionem, nec persuasionem, aut ullam promissionem, neq; ob amicitias, nec inimicitias; sed unice ac solummodò pro asserendâ Veritate cuncta suprâdicta attestatus fuerit, eademq; iterùm iterumq; Reverendus Testis Fide & Juramento suo Sacerdotali coram Nobili Domino Notario Apostolico, testibusq; præsentibus requisitis confirmet.

Responsiones & Confessiones

Admodum Reverendi Simonis Andreæ Stockii, antehâc Venerabilis Consistorij Gedanensis Judicis Surrogati

Ad Positiones

Generosi & Consultissimi Viri Domini Eliæ Constantii de Trewen Schröder dicti JCTi, & Advocati Gedanensis, Sacræ Regiæ Majestatis Secretarij

Ad I. Verum, nec illo tempore Reverendus Testis Personas scivit.

II. Verum.

- III. Verum.
- IV. Verum.
- V. Verum.
- VI. Verum.
- VII. Verum, & quod illud ex Ore Davidis Döringii habeat.
- VIII. Ignorat.
- IX. Ex auditu saltem Reverendus Testis hæc scit.
- X. Vera hæc omnia esse affirmat, & quod ex Ore Davidis Döringii ista habeat.
- XI. Verum, quod Attestatum aliquod extradere Davidi Döringio Joannes Fridericus Lerchenfeld Reverendo Testi suaserit, addideritq; si quis contradixerit, dicemus, jam esse Dispensationem ab Illustrissimâ Nunciaturâ Apostolicâ obtentam.
- XII. Verum, quod Joannes Fridericus Lerchenfeld Reverendo Testi suaserit, ut Scriptum aliquod Davidi Döringio daret.
- XIII. Verum, quod Perillustris ac Reverendissimus Dominus Abbas Pelpinensis & Officialis Gedanensis Contentationem per Joannem Fridericum Lerchenfeld jam acceperit; Quoad datum Consensum verò Reverendus Testis ignorat.
- XIV. Vera hæc esse affirmat.
- XV. Oblitus circumstantiarum.
- XVI. Similiter oblitus circumstantiarum; sed quoad promissos Duos Vngaricos verum est.
- XVII. Verum.
- XVIII. Verum.
- XIX. Reverendus Testis non recordatur Verborum.
- XX. Verum.

XXI. Verum, quod Joannes Seidelius Instigator Venerabilis Consistorii Gedanensis jam ante Contractum Matrimonium Decem Imperiales à Davide Döringio, ne Inhibitionibus ipsum turbaret, ex suasu Joannis Friderici Lerchenfeldii acceperit; quod Reverendus Testis à Davide Döringio narratum audivit; Quoad Cursores Reverendus Testis ignorat; Sed Generosus Dominus Producens nihil accepit.

XXII. Verum, & similiter Septem vel Octo Hebdomadis post contractum & consumatum Matrimonium, de quo Reverendus Testis nihil antehac scivit, Attestatum istud conscriptum, tempusq; retrò positum sit, & hoc ad Instantiam urgentissimam Davidis Döringii.

XXIII. Cuncta hæc vera sunt,

XXIV. Verum.

XXV. Verum.

XXVI. Verum.

XXVII. Verum, & quod Perillustis ac Reverendissimus Dominus Abbas Pelplinensis & Officialis Gedanensis circa dimissionem ex Carceribus Pelplinensibus Reverendo Testi injunxerit cum Joanne Friderico Lerchenfeldio ad Civitatem Gedanensem discedere, & quod ipse Reverendo Testi mandaverit, eadem omnia facere; Ubi dictus Joannes Fridericus Lerchenfeldius in ædibus suis, in Pago Hoppenbrocensi ante Civitatem Gedanensem, sitis injunxit, tam ipsum præfatum Lerchenfeldium, quam & Reverendissimum Dominum Officiale in fontes in Causâ Döringiana declarare, Scriptumq; Declarationis & Confessionis in Calamum Reverendo Testi dictavit.

XXVIII, Reverendus Testis refert se ad dicta præcedentis
Vigesimæ Septimæ Positionis.

XXIX, Verum.

XXX, Verum esse affirmat.

Acta sunt hæc Gedani, Anno, Indictione, Pontificatu,
Mense, Die, Loco, quibus supra; Præsentibus Nobili & Spe-
ctabilibus Rudolpho Richardo Freitag à Löringshave No-
tario Publico Regio jurato, & Jacobo Berendis Testibus
fide dignis, & ad præmissa rogatis & adhibitis.

Et quia Ego Augustinus de Ponte Sac. Auctoritate
Apostolicâ ac Regiâ Notarius Publicus juratus præmissis
omnibus, unâ cum prænominatis Testibus præsens inter-
fui, eaq; sic ut præmittitur fieri vidi, & dici audivi; & præ-
cipuè cum in præsentem examine agatur de læso Jure & Ho-
nore S. Sedis Apostolicæ, cui avertendo ex Juramento ob-
ligor; Ideò in majorem rei fidem, robur ac Testimonium
hoc præsens publicum Instrumentum, per fidelem & Au-
thenticum Notarium Publicum, ob certas meas occupa-
tiones descriptum, & deinceps Nomine & Cognomine
meo subscriptum, ac Sigillo Notariatus mei Apostolici hîc
subappresso communitum desuper confeci & extradidi;
In fidem præmissorum ex Officio legitime requisitus ac ro-
gatus.

Quod iterum Attestor Ego

Loc. Sig.
Notarial.

Augustinus de Ponte, Sac.
Auctoritate Apostolicâ ac Regiâ
Notarius Publicus Juratus & Im-
matriculatus,

mpp.

DOCU-

47

DOCUMENTUM VI.

Testimonium Spectabilis Joannis Seidelij de-
positum die XII. Maji Anno M. DC. LXXII.

IN NOMINE DOMINI Amen.

Praesenti hoc publico Instrumento cunctis evidenter
pateat & sit notū; Qualiter Anno à Nativitate Domini
Nostri JESU CHRISTI 1672^{do}. Indictione Roma-
nâ X^a. Pontificatus SS^{mi} Domini Nostri CLEMENTIS Di-
vinâ Providentiâ Papæ ejus Nominis X^{mi}. Anno Sanctitatis
Suae Tertio, Feriâ Tertia post Dominicam Cantate, quæ fuit
dies Decima Septima Mensis Maji, Coram me Notario
Publico infra scripto, Testibusq; infra nominatis ad
hoc specialiter adhibitis ac rogatis, Personaliter compa-
ruerit Generosus Dominus Elias Constantius de Treppen-
Schröder dictus JCTus, ac Sac. Reg. Majestatis Poloniæ
Secretarius, tenens & habens in manibus suis Schedam
Papyraceam, continentem in se Positiones infra scriptas ad
Sempiternam rei memoriam, ad Spectabilem Joannem
Seidelium hactenus Venerabilis Consistorii Gedanensis
Instigatorem Testem, conceptas, petiit debitâ cum Instan-
tiâ, quatenus easdem Positiones ad Acta Notariatus mei su-
sciperem, & juxta eas memoratum Spectabilem Joannem
Seidelium, quantò exactiùs ad omnem quemvis melio-
rem effectum examinarem, simulq; ut examen hujusmodi
per me Notarium peractum, in formâ Juris Authenticâ
per

per Instrumentum Publicum sibi extraderetur, postulavit. Ego verò infrascriptus Notarius ad præmemorati Generosi Domini Comparentis requisitionem fungens Officio meo, eodem Anno, Mense, Die, Horâ verò Seprimâ Matutinâ, me unâ cum infra specificatis Testibus ad Ædes Spectabilis Joannis Seidelij in Plateâ vulgò PoggenPohl dictâ sitas, contuli, ibidemq; præassertum Spectabilem Joannem Seidelium ad Positiones infrascriptas (seriâ ipsi de evitando periurio admonitione factâ) examinavi; Estq; Positionum ac Depositionum tenor talis, qui sequitur:

Positiones in perpetuam rei memoriam.

Generosi & Consultissimi Domini Eliæ Constantii de Trewen Schröder dicti, JCTi,
& Advocati Gedanensis, Sac. Reg.
Majestatis Secretarij,

Ad

Spectabilem ac Eruditum Joannem Seidelium, antehâc
Venerabilis Consistorii Gedanensis
Instigatorem Testem.

I. Verum, quod Testis Spectabilis Joannes Seidelius Joannem Fridericum Lerchenfeld, veluti Notarium Venerabilis Consistorii Gedanensis benè novit, & hoc exindè, quod partim iisdem Ædibus cum ipso cohabitaverit, partim Instigator Venerabilis Consistorii Gedanensis exstiterit, & cum ipso quotidie conversatus fuerit.

II. Verum

II. Verum, quod Testis Spectabilem Davidem Döring, Civem & Infitorem Pannarium etiam novit, & hoc inde, quod videriteum sapissimè cum Joanne Friderico Lerchenfeld conversari.

III. Verum, quod Conversatio inter Davidem Döring, & Joannem Fridericum Lerchenfeld iam ante tempus Quadragesimæ Anno 1671. inceperit, & frequentissima fuerit.

IV. Verum, quod Conversatio ista inter Davidem Döring, & Joannem Fridericum Lerchenfeld fuerit ob hanc causam, quod David Döring defunctæ Vxoris suæ Materteræ Filiam Adelgundam, Nobilis Georgij Lilienthalij Consulis Civitatis Veteris Gedanensis Filiam, in Uxorem ducere vellet; & propter impedimentum secundi Affinitatis gradus Consilia inirent Dispensationem super hoc impetrandi.

V. Verum, quod David Döring opulentarum facultatum, Religionisque Lutheranæ cum defuncta & moderna Consortibus sit.

VI. Verum, quod Joannes Fridericus Lerchenfeld Davidi Döring promiserit Dispensationem apud Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Nuncium Apostolicum in Regno Poloniæ existentem impetrare, dummodò David Döring sufficientem pecuniam suppeditaret, sibi que benè solveret & contentaret.

VII. Verum, quod facta hac Conventione, acceptæque magna pecuniæ Summa Joannes Fridericus Lerchenfeld Varlaviam ad Generosum Carolum Zabrzeski Consulem Varlaviensem & Advocatum Post-Curiale ac Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ scripserit, ut omnem operam impenderet Dispensationem pro Davide Döringio ab Illu-

frissimo ac Reverendissimo Domino Nuncio Apostolico impetrandi; Sed minimam partem acceptæ pecuniæ Varfaviam transmiserit, sibi que partem maximam retinuerit.

VIII. Verum, quod dictis Generosus Carolus Zabrzeski Varfaviâ Joanni Friderico Lerchenfeld responderit, apud Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Nuncium Apostolicum modernum Dispensationem in secundo Gradu Affinitatis impetrare se non posse, cum facultatem eam non habeat; sed quærendam, expetendamque esse Romæ apud ipsam S. Sedem Apostolicam.

IX. Verum, quod acceptis Literis hisce contenta illarum Joannes Fridericus Lerchenfeld Davidi Döring fideliter non communicaverit, sed ei persuaserit ipsum met Varfaviam proficisci & apud Illustrissimam Nunciaturam Apostolicam pro impetrandâ Dispensatione istâ instare.

X. Verum, quod David Döring ex Consilio Joannis Friderici Lerchenfeld Varfaviam profectus, sed re infectâ reversus fuerit,

XI. Verum quod post reditum Davidis Döring, multum de factis Expensis in tam longinquum iter querulantis, Joannes Fridericus Lerchenfeld eundem boni animi esse jussit, suaseritque cum Sponsalibus contrahendis, & post eam Denunciationibus ex Ambonâ, ipsarumque Nuptiarum celebratione, & sic consumatione Matrimonij quàm celerit & audacter procedere, sese apud Reverendum Judicem Surrogatum Venerabilis Consistorij Simonem Andream Stockium, nec non apud Testem præsentem veluti Instigatorem Officij ceterosque Officiantes, quando de Matrimonio isto contrahendo quicquâ resciverint, cujus tum ignari erant, operaturum, ut nulla Inhibitio ex Venerabili

51

rabili Consistorio emanet, neque in posterum turbatio aliqua fiat.

XII. Verum, quod ad liberè contrahendum taliter Matrimonium Joannes Fridericus Lerchenfeld cum Davide Döring de certis Summis pecuniarum, tam pro ipsomet Lerchenfeld, quàm & pro Perillustri ac Reverendisimo Domino Georgio Michaelie Cieholevski Abbate Pelplinensi & Officiali Gedanensi contraxerit ante consumationem Matrimonij numerandis, quas summas Testis nominare dignetur.

XIII. Verum, quod contractu isto confecto Joannes Fridericus Lerchenfeld illicò, & quidem mox post Quadragesimam, suam pecuniæ summam à Davide Döringio acceperit.

XIV. Verum, quod pro summa pecuniæ Perillustri ac Reverendisimo Domino Abbati Pelplinensi & Officiali Gedanensi solvenda, nempe Quinquaginta Imperialibus, Joannes Fridericus Lerchenfeld Testem præsentem duabus vicibus, nempe unâ vice circa medium Quadragesimæ, alterâ proximè ante Festum Paschatis eiusdem Anni 1671 ad Davidem Döring miserit.

XV. Verum, quod David Döring Testi advenienti pecuniamq; promissam poscenti responderit; Pecunia promissa parata iacet, sed ubi est Scriptum & Attestatum liberè contrahendi Matrimonium à Joanne Friderico Lerchenfeld mihi promissum; semper ei pecuniam do, & nihil pro ea in manus recipio; ita inter nos non conventum est; Ego promissis stabo, sed veniat ipse & adferat secum Attestatum scriptum.

XVI. Verum, quod Testis responsa ista cuncta Davidis Döring Joanni Friderico Lerchenfeld retulerit, qui tùm ipse-

met eum adiit, pecuniamq; istam repetiit, acceptamque ipsemet etiam Perillustri ac Reverendissimo Domino Abbati Pelplinensi & Officiali Gedanensireddiderit; sed non integram, nempe quinquaginta Imperiales, sed Triginta saltem Imperiales, atque sic 20. Imperiales sibi retinuit, prout Testis hoc in Registro eius transmissio ad Monasterium Pelplinense vidit ac legit; nomenque falsum videlicet Georgiū pro Davide Döring in dicto Registro præfatus Lerchenfeld inscripsit.

XVII. Verum, cum Testis veluti Instigator Venerabilis Consistorij Gedanensis hætenus conventorum inter Joannem Fridericum Lerchenfeld & Davidem Döring ignarus publicè contracta Sponsalia à dicto Davide Döringio audiret, & dicto Lerchenfeldio tanquam Notario Consistoriali indicaret, Inhibitionemque extradendam esse instaret; præfatus Lerchenfeld responderit: Ego contra Davidem Döring Citationem vel Inhibitionem non extradam nec extradi faciam; Cum Reverendo Substituto Simone Andreâ Stockio iam est conventum, ut sub manu suâ det licentiam copulandi; atque Perillustrem ac Reverendissimum Dominum Abbatem Pelplinensem & Officialem placandi modum scio; & fortè Reverendus Stockius haud diu Substitutus mansurus est, atq; iam res ita à me est ordinata, ut Officiantes omnes Venerabilis Consistorij huius contententur.

XVIII. Verum, quod Testis ad hæc dixerit; Domine Lerchenfeld ista non manebunt occulta.

XIX. Verum, quod dictus Lerchenfeld responderit ad hæc: Quid Tua interest? difficile est conjugatos separare, & interea David Döring Româ Dispensationem obtinere poterit,

rit, etiamsi post contractum & consumatum Matrimonium.

XX. Verum, quod Testi tanquam Instigatori Venerabilis Consistorij Decem Imperiales à Davide Döring soluti sint.

XXI. Verum, quod Joannes Fridericus Lerchenfeld Consultor & Promotor contracti & consumati huius Matrimonij inter Davidem Döring & Consortem eius moder-
nam Adelgundam Lilienthalianam in secundo gradu Affinitatis sibi iunctos posthabitâ Dispensatione S. Sedis Apostolicæ sit.

XXII. Verum, quod idem Joannes Fridericus Lerchenfeld Auctor & Suasor scripti seu Attestati à Reverendo Simone Andrea Stockio Davidi Döringio dati, & non Generosus Dominus Producens sit.

XXIII. Verum, quod Joannes Fridericus Lerchenfeld Decreta Venerabilis Consistorij propriâ & privatâ Auctoritate suâ sapius correxerit, Protocollumque eius multis Limaturis & correcturis falsis abundet, multisque illi inferendis careat. Et quæcunque alia præterea Testis de hac vel simili materiâ scit, ob Sanctam Veritatem dicere dignetur.

XXIV. Verum, quod cuncta dicta & responsa Testis ad supra positas Viginti Tres Positiones veritati ipsi consona sint; nec ex odio, nec Amore, nec corruptione, nec persuasione aliquâ, sed ob solam veritatem in vim Testimonij Jurati à Teste prolata sint.

DEPOSITIONES & RESPONSIONES
Spectabilis Joannis Seidelij antehac Venerabilis
Consistorij Gedanensis Instigatoris

AD

Positiones Generosi Domini Eliæ Constantij de Trevven-
Schröder dicti, Jcti, & Advocati Gedanensis,
Sac. Reg. Majest, Secretarij.

Ad I. Verum.

II. Verum.

III. Verum.

IV. Verum.

V. Verum, sed quantæ ipsius sint facultates, ignorat, vulgò
tamen pro opulento habetur; Quod Lutherana Religio-
nis affirmat.

VI. Verum.

VII. Quoad primum membrum verum; Quanta verò
summa fuerit, & quantum miserit, testis ignorat; Quod au-
tem plus quàm diandiam partem pro se retinuerit, verum.

VIII. Verum.

IX. Verum, quod profectus fuerit, nùm ex Consilio Do-
mini Lerchenfeldij, Testis dicere non potest.

X. Verum, & refert se ad priorem Positionem.

XI. Primum membrum passim audivit à pluribus Davi-
dem Döringium querulatum esse de Expensis factis Varfa-
viam; sed quod Dominus Lerchenfeld eundem Davidem
Döring solatus sit rem benè cessuram, ei properandum esse
cum Sponsalibus monuerit, verum esse; Ultimam verò
membrum, quod promiserit se operaturum ne Inhibitio
aut Citatio emanaret, verum est.

XII. ve-

XII. Verum, in quantum se verò Summa extendat, nescit; notabilem tamen fuisse Summam, tam à Domino Davide Döringio, quàm ab aliis audivit.

XIII. Verum.

XIV. Verum.

XV. Verum, sed Dominus David Döring non specificavit Testi quale illud scriptum esset; potuit autem coniecere, quod concerneret Matrimonium contrahendum; Posteriora membra vera.

XVI. Verum.

XVII. Verum.

XVIII. Verum.

XIX. Verum.

XX. Non ab ipso Domino Davide Döringio datos, sed per duos Cives & Mercatores bonos Döringij Amicos ad Testis Aedes decem Imperiales chartâ involutos sibi Testi missos esse; & cum illâ traditione dixisse, mittit Dominus David Döring Dominationi vestrâ hanc pecuniam discretionis gratia, cum iam facultatem ad nuptias convolandi à Venerabili Consistorio Gedanensi habeat; & hoc idè, ut sciat Dominatio vestra, ne illum porrò Citationè aliquâ turbet.

XXI. Verum esse.

XXII. Primum membrum verum est, & Testi de Domino Producente nihil constat.

XXIII. Ad hoc punctum Testis se declarare deliberat.

XXIV. Verum, & Testem paratum esse hæc Corporali suo Juramento, si requisitus fuerit, confirmare.

Actum

Actum Gedani, Anno, Indictione, Pontificatu,
 Mense, Die, Hora, Loco, quibus supra; præsentibus Nobili
 ac Spectabilibus Rudolpho Richard Freitag à Löringshave
 Notario Regio Publico, & Jacobo Berends ad præmissa
 adhibitis ac rogatis Testibus fide-
 dignis.

ET quia Ego Augustinus de Ponte Sac. Auctoritate A-
 postolica & Regiâ Notarius Publicus Juratus, præmis-
 sis omnibus & singulis, unâ cum supra nominatis Testibus
 huic Examine præsens interfui, eaque sic ut præmittitur
 fieri vidi, & dici audivi; & præcipuè cum in præsentem exa-
 mine agatur de læso Jure & Honore S. Sedis Apostolicæ,
 cui avertendo ex Juramento obligor; Ideò in maiorem
 rei fidem, robur ac Testimonium, hoc præsens publicum
 Instrumentum per fidelem & Authenticum Notarium
 publicum, ob certas meas occupationes descriptum, & à
 me Notario Nomine & Cognomine meo subscriptum, Si-
 gilloque Notariatus mei Apostolici hîc subappresso com-
 munitum desuper confeci, & extradidi, in fidem Præmissio-
 rum ex officio legitimè requisitus ac rogatus.

Loc. S.
 Nota-
 rial.

Quod iterum Attestor Ego
 Augustinus de Ponte S. Auctoritate
 Apostolicâ ac Regiâ Notarius publicus
 Juratus.

Docu-

DOCUMENTUM VII.
LITERÆ

Admodum Reverendi SIMONIS ANDREÆ
STOCKII, antehac Venerabilis Consistorij
Gedanensis Judicis Surrogati, ad Perillustrem
ac Reverendissimū Dominum Auditorem Ge-
neralē Illustrissimi ac Reverendissimi Domini
Domini Nuncij Apostolici in Regno Polo-
niæ, Magnoque Ducatu Lithvaniæ
existentis scriptæ.

INSCRIPTIO â TERGO LITERARUM.
Perillustri ac Reverendissimo Domino Audi-
tori Generali Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ in
Regno Poloniæ, Domino ac Patrono meo humillimo
cultu observandissimo pateant.

(L, S.)

Varfaviæ.

LITERÆ IPSÆ TENORIS
SUNT SEQUENTIS:

Perillustri ac Reverendissime Domine Audi-
tor Generalis, Domine ac Patrono Colendissime.

Nulla me dubitatio tenet, quin Literæ meæ de die 15.
mensis Aprilis cum Posta Varfaviam transmissæ Illu-
strissimo ac Reverendissimo Domino Domino Nuncio
H Aposto.

Apostolico humillimè reddita fuerint. Exposui in iis & agnovi reatum meum, quo contra Illustrissimam Nunciaturam Apostolicam gravissimè peccavi, dum Attestatum quasi Dispensationis in secundo Affinitatis gradu prohibito Spectabili Davidi Döringio & Adelgundæ Lilienthalianæ impertitæ super Blanceto Perill. ac Reverend. Dni. Abbatis Pelplinensis & Officialis Gedanensis veluti Judex Surrogatus eiusdem extradidi; In eò deceptus, quod Joannes Fridericus Lerchenfeldius eiusdem Venerabilis Confistorii Gedanensis Notarius, octo hebdomadis antè inscio me facultatem ac Licentiam præfatis Döringio & Virgini Lilienthalianæ Matrimonium inter se contrahendi & consumandi dederat; Undè vestigia eiusdem premens, veluti iam post celebratas Nuptias aliquot Septimanis ad Instantiam præfatorum Davidis & Virginis Adelgundæ præmemoratum Attestatum dedi. Pœnituit me illicò facti, omnemque operam impendi Attestatum illud recipiendi, sed frustrâ, recusante dicto Davide Döringio. Indè delictum meum coram Perillustri ac Reverendissimo Domino Abbate & Officiali ultrò pandi, illudque submissè deprecatus, pœnæque pœnitentiali me submissi, & sic ad carceres squalidissimos Monasterij Pelplinensis detrusus, & ad decem Menses detentus fui. Quamvis iam verò in foro externo Carceribus dictis ex gratiâ Perillustri ac Reverendissimi Domini Abbatis eliberatus sum, nihilominus in foro interno videlicet Conscientia mea, tanquam Censuris, & quidem Bullæ Cœnæ Domini innodatus haud liberum me compèrens, toto tempore isto ad præsens usque à Celebrationibus Sacrorum abstinui; Unde supra dictis Literis ad Pedes Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Domini Nun.

58
Nuncij Apostolici me provolvi, Gratiâque & Absolutio-
nem à dictis Censuris humillimè imploravi; sed quoniam
tribus iam elapsis Hebdomadis nullum responsum obti-
nui, impræsentiârum humillimè supplicans ad Perillu-
strem ac Reverendisssimam Dominationem Vestram me
converto & devotissimè oro, ut pro me & delictis meis a-
pud Illustrissimū ac Reverendisssimum Dominum Domi-
num Nuncium Apostolicum intei cedere, Gratiâque Ab-
solutiois expetere, facultatemque à Censuris istis me ab-
solvendi Perillustri ac Admodum Reverendo Domino
Laurentio Ludvigg à Demuth Protonotario Apostolico
Canonico Varmienti, Præposito Succoviensi, & Decano
Parochò Gedanensi & Prangoviensi, Sac. Reg. Majestatis,
Secretario committi, impetrare dignetur. Quemadmo-
dum Absolutionem pectore pœnitenti desideratissimè ex-
specto; Ita responsum ad præsentem Literas meas maximo
desiderio præstolor, & quàm ocysimè Copiam eiusdem
mihi facere subiectissimè expeto.

Perillustri ac Revendisssimæ Domi-
nationis Vestræ

Devotissimus ac Subiectissimus
Servus

Gedani, die VI. Maii
Anno Dni. 1672.

Simon Andreas Stockius;
Indignus Sacerdos.

Transumptum præsens propriâ mea manu scriptum, & cum vero ac genuino Originali suo fideliter collationatum de verbo ad verbum concordare, Nomine & Cognomine meo subscripto, Sigilloque Notariatus mei publici subappresso, debitè ac legitimè Officij ratione requisitus, Gedani, die sexta Mensis Maij Anno Domini 1672.

Attestor Ego

Loc. Sig.
Notarial.

Rudolphus Richard Freitag
de Löringshaue, Sac. Reg. Ma-
jestatis Poloniae Notarius Publi-
cus Juratus ac Privilegiatus.

Mpria,

